.ſuorum patrum Deo Domino ſe confitentes & ,pacificorum victimas immolantes ,diebus ſeptem indictum comederunt &
וַיֹּאכְלוּ אֶת־הַמּוֹעֵד שִׁבְעַת הַיָּמִים מְזַבְּחִים זִבְחֵי שְׁלָמִים וּמִתְוַדִּים לַיהוָה אֱלֹהֵי אֲבוֹתֵיהֶם׃
Chizchijahu Quia .lætitiam diebus ſeptem fecerunt & : aliis diebus ſeptem faciendum ad , concio omnis inierunt conſiliū Et
24 23 וַיִּוָּעֲצוּ כָּל־הַקָּהָל לַעֲשׂוֹת שִׁבְעַת יָמִים אֲחֵרִים וַיַּעֲשׂוּ שִׁבְעַת יָמִים שִׂמְחָה׃ כִּי חִזְקִיָּהוּ
,mille juvencos cœtui elevaverunt principes Et .ovium millia ſeptem & ,juvencos mille concioni elevare fecit Jehudah rex
מֶלֶךְ־יְהוּדָה הֵרִים לַקָּהָל אֶלֶף פָּרִים וְשִׁבְעַת אֲלָפִים צֹאן וְהַשָּׂרִים הֵרִימוּ לַקָּהָל פָּרִים אֶלֶף
,Levitæ & ,ſacerdotes & ,Jehudah cœtus omnis ſunt lætati Et .multitudine in ſacerdotes ſe ſanctificaverūt Et .millia decem oves &
25 וְצֹאן עֲשֶׂרֶת אֲלָפִים וַיִּתְקַדְּשׁוּ כֹהֲנִים לָרֹב׃ וַיִּשְׂמְחוּ כָּל־קְהַל יְהוּדָה וְהַכֹּהֲנִים וְהַלְוִיִּם
lætitia fuit Et .Jehudah in habitantes & , Iſrael terra de venientes peregrini Et .Iſrael de venientes cœtus omnis &
26 וְכָל־הַקָּהָל הַבָּאִים מִיִּשְׂרָאֵל וְהַגֵּרִים הַבָּאִים מֵאֶרֶץ יִשְׂרָאֵל וְהַיּוֹשְׁבִים בִּיהוּדָה׃ וַתְּהִי שִׂמְחָה
ſurrexerunt Et .Jeruſalaim in hoc ſicut non , Iſrael regis ,David filii Selomoh diebus à quia ,Jeruſalaim in magna
27 גְדוֹלָה בִּירוּשָׁלִָם כִּי מִימֵי שְׁלֹמֹה בֶן־דָּוִיד מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל לֹא כָזֹאת בִּירוּשָׁלִָם׃ וַיָּקֻמוּ
.cœlos ad ej⁹ ſanctitatis habitaculū ad eorū oratio venit & ,eorū voce in auditum eſt & ,populo benedixerūt & ,Levitæ ſacerdotes
הַכֹּהֲנִים הַלְוִיִּם וַיְבָרְכוּ אֶת־הָעָם וַיִּשָּׁמַע בְּקוֹלָם וַתָּבוֹא תְפִלָּתָם לִמְעוֹן קָדְשׁוֹ לַשָּׁמָיִם׃

CAP. XXXI. לא

ſucciderunt & , ſtatuas fregerunt & ,Jehudah urbibus in inventi qui Iſrael omnis ſunt egreſſi ,hoc totum perficere ſecundùm Et
1 וּכְכַלּוֹת כָּל־זֹאת יָצְאוּ כָּל־יִשְׂרָאֵל הַנִּמְצְאִים לְעָרֵי יְהוּדָה וַיְשַׁבְּרוּ הַמַּצֵּבוֹת וַיְגַדְּעוּ
ad uſque ,Menaſſeh & ,Ephraim in & ,Binjamin & ,Jehudah univerſo de altaria & , excelſa ſunt demoliti & , lucos
הָאֲשֵׁרִים וַיְנַתְּצוּ אֶת־הַבָּמוֹת וְאֶת־הַמִּזְבְּחֹת מִכָּל־יְהוּדָה וּבִנְיָמִן וּבְאֶפְרַיִם וּמְנַשֶּׁה עַד־
.ſuas urbes ad ,ſuam poſſeſſionem ad unuſquiſque , Iſrael filii omnes ſunt Reverſique .conſumendum
לְכַלֵּה וַיָּשׁוּבוּ כָּל־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל אִישׁ לַאֲחֻזָּתוֹ לְעָרֵיהֶם׃

Verſio VULG. LAT.

Immolaverunt autem Phaſe quartadecimâ die menſis ſe- 15
cundi. Sacerdotes quoque atque Levitæ tandem ſanctifi-
cati, obtulerunt holocauſta in domo Dñi: Steterúntque 16
in ordine ſuo, juxta diſpoſitionē & legem Moyſi hominis
Dei : Sacerdotes verò ſuſpiciebant effundendum ſangui-
nem de manibus Levitarum, Eò quòd multa turba ſancti- 17
ficata non eſſet : & idcircò immolarent Levitæ Phaſe his,
qui non occurrerant ſanctificari Domino. Magna etiam 18
pars populi de Ephraim, & Manaſſe, & Iſſachar, & Zabu-
lon, quæ ſanctificata non fuerat, comêdit Phaſe, non juxta
quod ſcriptum eſt : & oravit pro eis Ezechias, dicens;
Dominus bonus propitiabitur Cunctis, qui in toto cor- 19
de requirunt Dñm Deum patrū ſuorū : & non imputabit
eis quòd minùs ſanctificati ſunt. Quem exaudivit Dñs, & 20
placatus eſt populo. Fecerúntque filii Iſrael, qui inventi 21
ſunt in Jeruſalē, ſolennitatem azymorū ſeptem diebus in
lætitia magna, laudantes Dñm per ſingulos dies : Levitæ
quoque & Sacerdotes, ꝑ organa, quæ ſuo officio congrue-
bant. Et locutus eſt Ezechias ad cor omniū Levitarum, 22
qui habebant intelligentiā bonam ſuper Dño : & come-
derunt ſeptem diebus ſolennitatis, immolantes victimas
pacificorū, & laudantes Dñm Deum patrū ſuorum. Pla- 23
cuítq; univerſæ multitudini ut celebrarent etiā alios dies
ſeptem: ꝙ & fecerunt cum ingenti gaudio. Ezechias enim 24
rex Juda præbuerat multitudini mille tauros, & ſeptem
millia ovium : principes verò dederant populo tauros
mille, & oves decem millia : ſanctificatâ eſt ergò ſacer-
dotum plurima multitudo. Et hilaritate perfuſa omnis 25
turba Juda, tam Sacerdotum & Levitarum, quàm univerſæ
frequentiæ, quæ venerat ex Iſrael; proſelytorū quoque de
terra Iſrael, & habitantium in Juda. Factáque eſt gran- 26
dis celebritas in Jeruſalem, qualis à diebus Salomonis
filii David regis Iſrael in ea urbe non fuerat. Surrexe- 27
runt autem Sacerdotes atque Levitæ benedicentes popu-
lo : & exaudita eſt vox eorum : pervenítque oratio in
habitaculum ſanctum cœli.

CAP. XXXI.

Cumque hæc fuiſſent ritè celebrata, egreſſus eſt omnis 1
Iſrael, qui inventus fuerat in urbibus Juda, & fregerunt
ſimulacra, ſuccidérúntque lucos, demoliti ſunt excelſa, &
altaria deſtruxerunt, non ſolùm de univerſo Juda & Ben-
jamin, ſed & de Ephraim quoque & Manaſſe, donec pe-
nitùs everterent : reverſíque ſunt omnes filii Iſrael in
poſſeſſiones & civitates ſuas.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

15 ܘܐܝܬܝܘ. ܐܬܩܕܫܘ. ܘܟܗܢܐ ܘܠܘܝܐ. ܫܒܥܐ ܝܘܡܝܢ. ܒܝܪܚܐ ܕܬܪܝܢ. ܒܐܪܒܥܣܪܐ ܦܨܚܐ ܘܥܒܕܘ *
16 ܒܢܡܘܣܗ ܕܟܬܝܒ ܐܝܟܢܐ. ܕܡܬܚܙܐ ܐܝܟ. ܩܝܡܗܘܢ ܥܠ ܘܩܡܘ * .ܕܡܪܝܐ ܠܒܝܬܗ ܩܘܪܒܢܐ
17 ܕܣܓܝܐܝܢ ܡܛܠ * .ܕܠܘܝܐ ܐܝܕܐ ܡܢ ܕܡܐ ܗܘܘ ܡܩܒܠܝܢ ܟܗܢܐ .ܕܡܪܝܐ ܢܒܝܐ ܕܡܘܫܐ
ܘܚܙܝܢ .ܕܐܡܪܐ ܢܟܣܬܐ ܥܠ ܗܘܘ ܩܝܡܝܢ ܠܘܝܐ ܗܢܐ ܘܡܛܠ .ܐܬܩܕܫܘ ܕܠܐ ܕܐܝܣܪܐܝܠ ܒܥܡܐ ܗܘܘ
18 ܕܒܝܬ ܡܢ ܕܐܝܣܪܐܝܠ ܒܥܡܐ ܗܘܘ ܕܣܓܝܐܝܢ ܡܛܠ * .ܠܡܪܝܐ ܠܡܩܕܫܘ ܕܕܟܐ ܚܕ ܟܠ
ܡܛܠ .ܐܬܕܟܝܘ ܕܠܐ ܀ ܫܒܛܝܢ ܐܪܒܥܐ .ܘܙܒܘܠܘܢ ܘܐܝܣܟܪ .ܘܡܢܫܐ ܐܦܪܝܡ
ܛܒܐ ܐܠܗܐ .ܠܗܘܢ ܘܐܡܪ .ܥܠܝܗܘܢ ܚܙܩܝܐ ܕܨܠܝ ܡܛܠ .ܒܢܡܘܣܐ ܕܠܐ ܦܨܚܐ ܕܐܟܠܘܗܝ
19 ܐܠܗܐ ܠܡܪܝܐ ܠܡܬܟܫܦܘ ܠܒܢ ܕܐܬܩܢ ܡܛܠ * .ܕܐܝܣܪܐܝܠ ܥܡܐ ܟܠܗ ܥܠ ܢܚܣܐ
20 ܠܥܡܐ ܘܐܣܝܗ .ܕܚܙܩܝܐ ܒܩܠܗ ܡܪܝܐ ܘܫܡܥ * .ܡܢܢ ܕܟܐ ܗܘܐ ܠܐ ܩܘܕܫܐ .ܕܐܒܗܝܢ
21 .ܝܘܡܝܢ ܫܒܥܐ ܕܦܛܝܪܐ ܥܐܕܐ .ܒܐܘܪܫܠܡ ܕܐܫܬܟܚܘ ܘܟܠ ܐܝܣܪܐܝܠ ܒܢܝ ܘܥܒܕܘ *
.ܕܦܘܡܗܘܢ ܒܬܫܒܚܬܐ ܠܘܝܐ .ܘܝܘܡ ܝܘܡ ܟܠ .ܠܡܪܝܐ ܗܘܘ ܡܫܒܚܝܢ ܪܒܬܐ ܒܚܕܘܬܐ
22 ܒܬܫܒܚܬܐ ܗܘܘ ܕܡܫܒܚܝܢ ܠܘܝܐ ܟܠܗܘܢ ܥܡ ܚܙܩܝܐ ܘܡܠܠ * .ܒܬܫܒܚܬܐ ܘܟܗܢܐ
ܫܠܡܐ ܕܒܚܐ ܗܘܘ ܘܡܕܒܚܝܢ .ܝܘܡܝܢ ܫܒܥܐ ܓܒܪܐ ܗܢܘܢ ܘܐܟܠܘ .ܡܪܝܐ ܩܕܡ ܒܣܝܡܬܐ
23 ܀ ܕܐܝܣܪܐܝܠ ܥܡܐ ܟܠܗ ܘܐܬܡܠܟܘ * .ܕܐܒܗܝܗܘܢ ܐܠܗܐ ܠܡܪܝܐ ܗܘܘ ܘܡܘܕܝܢ .ܠܡܪܝܐ
24 ܡܠܟܐ ܕܚܙܩܝܐ ܡܛܠ * .ܕܚܕܘܬܐ ܝܘܡܝܢ ܘܫܒܥܐ .ܐܚܪܢܝܢ ܝܘܡܝܢ ܫܒܥܐ ܠܡܥܒܕ
ܘܝܗܒ ܘܦܪܫ .ܘܙܥܘܪܬܐ ܪܘܪܒܬܐ ܚܝܘܬܐ ܐܠܦܝܢ ܫܒܥܐ ܠܥܡܐ ܘܝܗܒ ܦܪܫ ܕܝܗܘܕܐ
25 ܘܚܕܝ * .ܣܓܝܐܐ ܟܗܢܐ ܘܐܬܩܕܫܘ .ܐܠܦܝܢ ܥܣܪܐ ܘܥܢܐ .ܐܠܦ ܬܘܪܐ ܕܐܝܣܪܐܝܠ ܠܥܡܐ
ܕܐܬܘ ܘܓܝܘܪܐ .ܕܐܝܣܪܐܝܠ ܥܡܐ ܡܢ ܕܐܬܐ ܥܡܐ ܘܟܠ .ܘܠܘܝܐ ܘܟܗܢܐ .ܕܝܗܘܕܐ ܥܡܐ ܟܠܗ
26 ܕܡܢ ܡܛܠ .ܒܐܘܪܫܠܡ ܪܒܬܐ ܚܕܘܬܐ ܘܗܘܬ * .ܒܝܗܘܕ ܘܕܝܬܒܝܢ .ܕܐܝܣܪܐܝܠ ܐܪܥܐ ܡܢ
27 ܘܩܡܘ * .ܒܐܘܪܫܠܡ ܗܕܐ ܐܝܟ ܗܘܬ ܠܐ ܀ ܕܐܝܣܪܐܝܠ ܡܠܟܐ ܕܘܝܕ ܒܪ ܕܫܠܝܡܘܢ ܝܘܡܘܗܝ
ܨܠܘܬܗܘܢ ܘܥܠܬ ܀ ܒܩܠܗܘܢ ܡܪܝܐ ܘܫܡܥ .ܕܐܝܣܪܐܝܠ ܠܥܡܐ ܘܒܪܟܘ .ܘܠܘܝܐ ܟܗܢܐ
1 ܀ ܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܫܠܡ ܘܟܕ * ܠܐ * ܩܦܠܐܘܢ * .ܠܫܡܝܐ ܕܩܘܕܫܗ ܠܡܘܬܒܐ
ܘܩܛܥܘ .ܩܝܡܬܐ ܘܬܒܪܘ .ܝܗܘܕܐ ܕܒܝܬ ܠܡܕܝܢܬܐ .ܕܐܫܬܟܚܘ ܕܐܝܣܪܐܝܠ ܥܡܐ ܟܠܗ ܢܦܩܘ
ܗܦܟܘ ܗܝܕܝܢ .ܘܒܡܢܫܐ ܘܒܐܦܪܝܡ .ܘܒܒܢܝܡܝܢ ܒܝܗܘܕܐ ܕܐܝܬ ܠܡܕܒܚܐ ܘܣܚܦܘ .ܢܨܒܬܐ
.ܠܡܕܝܢܬܗܘܢ ܒܫܠܡܐ ܘܥܠܘ .ܠܝܪܬܘܬܗܘܢ ܟܠܗܘܢ ܘܐܙܠܘ .ܐܝܣܪܐܝܠ ܒܢܝ ܘܗܦܟܘ

Deinde celebrârunt Paſcha quarto decimo 15
die ſecundi menſis, ſeptem diebus, & ſacerdo-
tes ac Levitæ ſanctificati attulerunt oblatio-
nes in domum Domini : Et ſteterunt in ſta- 16
tione ſua prout conſpicuum erat, quemadmo-
dum præſcribitur in lege Moſis prophetæ Do-
mini : ſacerdotes accipiebant ſanguinem de
manu Levitarum. Quia enim multi erant in 17
populo Iſraelitico qui non ſanctificaverant
ſe; ideò Levitæ incumbebāt jugulationi agno-
rum, ut diſcernerent quicunque mundus eſſet
ad conſecrandum Domino. Nam multi erant 18
in populo Iſraelitico ex Aphremitis, Manaſſi-
tis, Iſacharitis, & Zebulonitis, quatuor hiſce
tribubus; qui nondum mundaverant ſeſe,
quum comediſſent Paſcha præter legem. Et-
enim oravit Hezecia pro eis, & dixit eis; Deus
optimus expiet pro toto populo Iſraelitico:
Quandoquidem præparavimus cor noſtrum 19
ad orandum Dominum Deum majorum no-
ſtrorum, ſacrum hoc non eſt purius nobis.
Et exaudiens Dominus vocem Hezeciæ, ſana- 20
vit populum. Itaque celebrârunt Iſraelitæ & 21
omnes ii qui aderant Jeroſolymis, feſtum A-
zymorum ſeptem diebus : magna cum lætitia
laudabant Dominum ſingulis diebus, Levitæ
quidem canticis oris ſui, et ſacerdotes canticis.
Et allocutus eſt Hezecia Levitas omnes illos 22
qui canebant cantica jucunda corā Domino:
& comederunt viri illi ſeptem diebus, & ſa-
crificabant ſacrificia perfecta Domino : &
gratias agebant Domino Deo majorum ſuo-
rum. Continuit etiam ſe totus popul⁹ Iſraeli- 23
ticus ad celebrandū ſeptē dies alios, & ſeptē
dies lætitiæ. Nam Hezecia rex Judæ ſepoſue- 24
rat ac dederat populo ſeptē millia animantiū
tam magnorū quàm parvorū; & ſegregaverat
ac dederat populo Iſraelitico boves mille, &
ovium decem millia: ſanctificaverant autem ſe
ſacerdotes multi. Et lætatus eſt univerſus po- 25
pulus Judæ, & ſacerdotes ac Levitæ, totus
populus qui venerant è gente Iſraelitica, &
advenæ qui venerant de terra Iſraelitica, &
qui degebant in Judæa. Fuítq; lætitia magna 26
in Jeruſalem, quoniam à diebus Solomonis fi-
lii Davidis regis Iſrael non facta fuerat hu-
juſmodi res in Jeruſalem. Deniq; ſurgentes ſa- 27
cerdotes & Levitæ benedixerunt populum Iſ-
raelis, audivítque Dominus vocem eorum, &
introivit oratio eorum ad ſolium ſanctitatis
ejus, in cœlum.

CAP. XXXI.

HIs omnibus abſolutis, egreſſus eſt omnis 1
populus Iſraelitarum qui aderant, ad civitates
domûs Judæ, & fregerunt ſtatuas, comminue-
runt tigres, & demoliti ſunt altaria quæ erant
in Juda, in Benjamen, in Aphrem, & in Ma-
naſſe: tum demum redeuntes Iſraelitæ, reverſi
ſunt omnes ad poſſeſſionem ſuam, ingreſsíque
ſunt incolumes in civitates ſuas.

Verſio GRÆCA LXX. Interp. Cum Tranſlatione LATINA.

15 Καὶ ἔθυσαν τὸ φασὲκ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ μηνὸς τοῦ δευτέρου. καὶ οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ Λευῖται ἐνετράπησαν
16 καὶ (ν) ἥγνισαν, καὶ εἰσήνεγκαν ὁλοκαυτώματα (ξ) ἐν οἴκῳ κυρίου. Καὶ ἔστησαν ἐπὶ τὴν
στάσιν (ο) αὐτῶν, κατὰ τὸ κρίμα (π) αὐτῶν, κατὰ τὴν ἐντολὴν Μωυσῆ ἀνθρώπου τοῦ θεοῦ, καὶ οἱ ἱερεῖς
17 ἐδέχοντο τὰ αἵματα ἐκ χειρὸς τῶν Λευιτῶν. Ὅτι πλῆθος τῆς ἐκκλησίας οὐχ ἡγνίσθη, καὶ οἱ Λευῖται
18 ἦσαν τοῦ θύειν τὸ φασὲκ παντὶ τῷ μὴ δυναμένῳ ἁγνισθῆναι τῷ κυρίῳ. Ὅτι (ρ) πλεῖστον τοῦ λαοῦ
ἀπὸ Ἐφραὶμ, καὶ Μανασσῆ, καὶ Ἰσσάχαρ, καὶ Ζαβουλὼν, οὐχ (σ) ἥγνισαν, ἀλλ' ἔφαγον τὸ φασὲκ, παρὰ
τὴν (τ) γραφήν. τοῦτο καὶ προσηύξατο Ἐζεκίας περὶ αὐτῶν, λέγων, (υ) Κύριος ἀγαθὸς ἐξιλάσθω
19 Ὑπὲρ πάσης καρδίας κατευθυνούσης ἐκζητῆσαι κύριον τὸν θεὸν τῶν πατέρων (φ) αὐτῶν, καὶ οὐ κατὰ
20 21 τὴν ἁγνείαν τῶν ἁγίων. Καὶ ἐπήκουσε κύριος τῷ Ἐζεκίᾳ, καὶ ἰάσατο τὸν λαόν. Καὶ ἐποίησαν οἱ
υἱοὶ Ἰσραὴλ οἱ εὑρεθέντες ἐν Ἱερουσαλὴμ τὴν ἑορτὴν τῶν ἀζύμων ἑπτὰ ἡμέρας ἐν εὐφροσύνῃ μεγάλῃ, καὶ
22 καθυμνοῦντες τῷ κυρίῳ ἡμέραν καθ' ἡμέραν, καὶ οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ Λευῖται ἐν ὀργάνοις τῷ κυρίῳ. Καὶ
ἐλάλησεν Ἐζεκίας ἐπὶ πᾶσαν καρδίαν τῶν Λευιτῶν καὶ τῶν συνιόντων σύνεσιν ἀγαθὴν τῷ κυρίῳ.
καὶ συνετέλεσαν τὴν ἑορτὴν τῶν ἀζύμων ἑπτὰ ἡμέρας, θύοντες (χ) θυσίαν σωτηρίου, καὶ ἐξομολογούμενοι
23 (ψ) τῷ κυρίῳ θεῷ τῶν πατέρων (ω) αὐτῶν. Καὶ ἐβουλεύσατο ἡ ἐκκλησία ἅμα ποιῆσαι
24 ἑπτὰ ἡμέρας ἄλλας· καὶ ἐποίησαν ἑπτὰ ἡμέρας ἐν εὐφροσύνῃ· Ὅτι Ἐζεκίας ἀπήρξατο τῷ Ἰούδα τῇ
ἐκκλησίᾳ (α) χιλίους μόσχους καὶ ἑπτακισχίλια πρόβατα, καὶ οἱ ἄρχοντες ἀπήρξαντο τῷ λαῷ μόσχους
25 χιλίους καὶ πρόβατα δέκα χιλιάδας, καὶ τὰ ἅγια τῶν ἱερέων εἰς πλῆθος. Καὶ ηὐφράνθη πᾶσα ἡ ἐκκλησία
οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ Λευῖται, καὶ πᾶσα ἡ ἐκκλησία Ἰούδα, καὶ οἱ εὑρεθέντες (β) ἐξ Ἱερουσαλὴμ,
26 καὶ οἱ προσήλυτοι οἱ ἐλθόντες ἀπὸ γῆς Ἰσραὴλ, καὶ οἱ κατοικοῦντες (γ) Ἰούδα. Καὶ ἐγένετο εὐφροσύνη
μεγάλη ἐν Ἱερουσαλήμ· (δ) ἀπὸ ἡμερῶν Σαλωμὼν υἱοῦ Δαυὶδ βασιλέως Ἰσραὴλ οὐκ ἐγένετο
27 τοιαύτη ἑορτὴ ἐν Ἱερουσαλήμ. Καὶ ἀνέστησαν οἱ ἱερεῖς (ε) οἱ Λευῖται καὶ (ζ) εὐλόγησαν τὸν λαὸν, καὶ
ἐπηκούσθη ἡ φωνὴ αὐτῶν, καὶ ἦλθεν ἡ προσευχὴ αὐτῶν εἰς τὸ κατοικητήριον τὸ ἅγιον αὐτοῦ εἰς
τὸν οὐρανόν.

Et immolaverunt Phaſec quartadecimâ menſis ſecundi. Et ſacerdotes, et 15
Levitæ confuſi ſunt, & (d) purificaverunt, & intulerunt holocauſtomata
in domum Domini. Et ſteterunt ſuper ſtationem ſuam, juxta judiciū ſuū, 16
juxta mandatum Moyſi hominis Dei. Et ſacerdotes accipiebant ſanguines
de manu Levitarum. Quoniam multitudo Eccleſiæ non erat purificata; 17
& Levitæ fuerunt ad immolandum Phaſec omni qui non potuerat
purificari Domino. Quoniam plurima pars populi ab Ephræm, & 18
Manaſſe, & Iſſachar, & Zabulon, non purificaverunt, ſed manducaverunt
Phaſec, (e) præter Scripturam. (f) Hoc & deprecatus eſt
Ezecias pro eis, dicens; Dominus bonus propitietur Pro omni corde 19
dirigente ad exquirendum Dominum Deum patrum ſuorum, & non ſecundùm
purificationem ſanctorum. Et exaudivit Dominus Ezeciam, 20
& ſanavit populum. Et fecerunt filii Iſrael, qui inventi ſunt in Hieruſalem, 21
feſtivitatem azymorum ſeptem diebus in lætitia magna, & hymnos
dicentes Domino, diem per diem: & ſacerdotes, & Levitæ
in (g) organis Domino. Et locutus eſt Ezecias ad omne cor Levitarum, 22
& intelligentium intellectum bonum Domino. Et conſummaverunt
feſtivitatem azymorum ſeptem diebus, ſacrificantes ſacrificium ſalutaris,
& confitentes Domino Deo patrum ſuorum. Et deliberavit 23
Eccleſia ſimul facere ſeptem dies alios. Et fecerunt ſeptem dies in lætitia:
Quoniam Ezecias primitias obtulit ipſi Judæ, ipſi Eccleſiæ 24
mille vitulos, & ſeptem mille oves: & principes obtulerunt primitias
populo vitulos mille, & oves decem mille, & (h) ſancta ſacerdotum
in multitudine. Et lætata eſt omnis Eccleſia, ſacerdotes, & Levitæ, 25
& omnis Eccleſia Juda, & qui inventi ſunt de (i) Hieruſalem, &
proſelyti qui venerant de terra Iſrael, & habitantes Juda. Et facta 26
eſt lætitia magna in Hieruſalem. A diebus Salomon filii David regis
Iſrael non facta eſt talis feſtivitas in Hieruſalem. Et ſurrexerunt ſacerdotes 27
Levitæ; & benedixerunt populum: & audita eſt vox eorum:
& venit deprecatio eorum ad habitaculum ſanctum ejus in cœlum.

MS.A. (ν) ἡγνίσθησαν, (ξ) εἰς οἶκον κυρίου. (ο) ἑαυτῶν, (π) ἑαυτῶν, (ρ) τὸ πλεῖστον (σ) ἡγνίσθησαν, ἀλλὰ (τ) γραφήν. καὶ προσηύξατο (υ) Κύριος ὁ ἀγαθὸς (φ) ἑαυτοῦ, (χ) θυσίας (ψ) κυρίῳ θεῷ (ω) ἑαυτῶν. (α) μόσχους χιλίους καὶ (β) ἐξ Ἰσραὴλ, (γ) ἐν Ἰούδα. (δ) ἀπὸ τῶν ἡμερῶν τοῦ Σολωμὼν (ε) καὶ οἱ (ζ) ηὐλόγησαν

ΚΕΦ. λα'.

1 Καὶ ὡς συνετελέσθη πάντα ταῦτα, ἐξῆλθε πᾶς Ἰσραὴλ οἱ εὑρεθέντες ἐν πόλεσιν Ἰούδα, καὶ συνέτριψαν
τὰς στήλας, καὶ (α) ἔκοψαν τὰ ἄλση, καὶ κατέσπασαν τὰ ὑψηλὰ καὶ τοὺς βωμοὺς ἀπὸ (β) πάσης τῆς Ἰουδαίας
καὶ Βενιαμὶν, καὶ ἐξ Ἐφραὶμ, καὶ ἀπὸ Μανασσῆ ἕως εἰς τέλος. καὶ (γ) ἐπέστρεψαν πᾶς Ἰσραὴλ ἕκαστος εἰς τὴν
κληρονομίαν (†) αὐτοῦ, καὶ εἰς τὰς πόλεις (δ) αὐτῶν.

MS.A. (α) ἐξέκοψαν (β) πάσης Ἰουδαίας (γ) ἐπέστρεψεν (†) ἑαυτοῦ, (δ) ἑαυτῶν.

CAP. XXXI.

ET poſtquàm conſummata ſunt omnia hæc; egreſſus eſt omnis Iſrael, 1
qui inventi ſunt in civitatibus Juda: & contriverunt ſtatuas, & exciderunt
lucos, & diruerunt excelſa, & aras de omni Judæa, & Benjamin,
& de Ephræm, & de Manaſſe uſque in finem. Et reverterunt
omnis Iſrael, unuſquiſque ad hæreditatem ſuam, & ad civitates ſuas.

Verſio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

* وجعلوا الفصح في اربعة عشر يوما في الشهر الثاني سبعة ايام * والكهنة واللاويون تقدسوا 15
وجاوا الي بيت الله * واقاموا علي مواضعهم يرون * كما هو مكتوب في ناموس موسي * والكهنة 16
يقبلون الدم من ايدي اللاويين * لانهم كانوا كثيرين في شعب اسرايل * لكنهم لم 17
يكونوا مقدسين * فقام اللاويون علي ذبيحة الخراف * وكانوا ينظرون كل ذكي يقدس لله *
* لانهم كثيرين في امة اسرايل من بيت افريم ومنسا * وايساخر وزابلون هذه الاسباط لم 18
يكونوا اطهارا * لانهم اكلوا الفصح بلا ناموس * وصلي حزقيا عليهم وقال لهم * الله الخير
يغفر لامة اسرايل * لانه اصلح قلوبنا لنصلي لله اله ابايبا * وسمع الله صوت حزقيا 19 20
وابرا الشعب * وصنع بنو اسرايل الذين وجدوا في اورشليم عيد الفطير سبعة ايام 21
بفرح عظيم * يسبحون الله في كل يوم * واللاويون بتسبحة افواههم * والكهنة ايضا *
* وقال حزقيا لساير اللاويين الذين كانوا يسبحون بتسبيحات حسنة قدام الله * وكانوا 22
يذبحون ذبايح التمام لله * وكانوا يشكرون الله اله اباهم * واستمع ساير الشعب ان يعملوا 23
سبعة ايام اخري * وسبعة ايام الفرح * لاجل حزقيا ملك يهودا * لانه افرد واعطي الشعب 24
سبعة الف حيوان كبارا ودقاقا * واعطي امة اسرايل ثيرانا الفا * وغنما عشرة الف * وتقدس
كهنة كثيرة * وفرح شعب يهودا كله والكهنة واللاويون * وكل الامة التي جاءت 25
من ساير ارض اسرايل * والسكان في يهودا * وكان فرح عظيم باورشليم * لان من ايام 26
سليمان بن داود لم يكن مثل هذا باورشليم * وبارك الكهنة واللاويون علي شعب اسرايل * 27
وسمع الله صوتهم * ودخلت صلاتهم الي مجلس قدسه في السماء *

Deinde celebrârunt Paſcha quartodecimo 15
die menſis ſecundi, ſeptem diebus. Et ſacerdotes
ac Levitæ ſanctificati, adierunt
domum Dei: Et ſtantes in ſtationibus 16
ſuis, aſpiciebant, quemadmodum ſcriptum
eſt in lege Moſis: iidemque ſacerdotes
excipiebant ſanguinem de manibus Levitarum.
Quanvis enim multi eſſent in po- 17
pulo Iſraelitico, nondum tamen ſanctificaverant
ſeſe: ideò incumbebant Levitæ
ſacrificio agnorum, & examinabant omne
mundum quod conſecrabatur Deo. Si- 18
quidem multi erant in gente Iſraelitica, de
domo Ephraimi, Manaſſis, Iſacharis, &
Zebolonis, his inquam tribubus, qui non
erant mundi; eò quòd Paſcha abs lege
comediſſent. Oravit autem Hezecia pro
ipſis, & dixit eis; Deus bonitatis parcat
genti Iſraeliticæ; Quandoquidem 19
ipſe præparavit corda noſtra ad orandum
Deum, Deum patrum noſtrorum. Au- 20
divitque Deus vocem Hezeciæ, & ſanavit
populum. Itaque celebrârunt Iſ- 21
raelitæ qui præſentes erant in Jeruſalem,
feſtum azymorum ſeptem diebus magno
gaudio, Deum laudantes ſingulis diebus,
& Levitæ concentu oris ſui, & ſacerdotes
pari ratione. Cùm autem allocu- 22
tus eſſet Hezecia omnes Levitas qui optimos
concentus coram Deo canebant, quique
perfectas victimas Deo ſacrificabant, &
gratias agebant Deo, Deo patrum ſuorum;
Continuit ſe populus univerſus ad cele- 23
brandum ſeptem dies alios, ſeptémque dies
lætitiæ, propter Hezeciam regem Judæ.
Is enim ſegregaverat dederátque popu- 24
lo ſeptem millia animantium tam magnorum
quàm exiguorum, dederátque populo
Iſraelitico boves mille, & ovium
decem millia: & ſacerdotes permulti
ſanctificaverant ſeſe. Lætatus igitur eſt 25
totus populus Judaicus, & ſacerdotes
ac Levitæ; tam gens illa quæ venerat ex
univerſa regione Iſraelitica, quàm incolæ
Judæ. Fuit inquam ſumma lætitia in 26
Jeruſalem, quoniam inde à diebus Salomonis
filii Davidis nil tale factum fuerat
in Jeruſalem. Deinde benedixerunt 27
ſacerdotes & Levitæ populo Iſraelitico,
audivitque Deus vocem eorum, & ingreſſa
eſt oratio eorum ad thronum ſanctitatis
ejus, in cœlum.

* الفصل الحادي والثلثون *

* ولما تم هذا جميعه مضي شعب اسرايل الي ضياع بيت يهودا * وهدموا عوالي النمور * 1
وقلعوا المذابح التي في يهودا وبنيامين وافرايم ومنسا * حتي رجع اسرايل وعادوا كلهم الي
وراثتهم * ودخلوا بسلام الي قراهم *

CAP. XXXI.

Cum autem abſoluta fuiſſent hæc o- 1
mnia, abiens populus Iſraeliticus ad oppida
domûs Judæ, evertebant excelſa
pardorum, & extirpabant altaria quæ
erant in Juda, Benjamine, Ephraimo, &
Manaſſe; donec rediiſſent Iſraelitæ, &
remeâſſent omnes in hæreditatem ſuam,
& ingreſſi eſſent incolumes in civitates
ſuas.

דברי הימים ב׃ לא

,ſacerdotes ,*ſui ſervitii os ſecundùm virum* ,ſuis diviſionibus *ſuper* Levitarum &,ſacerdotum diviſiones Jechizchijahu ſtatuit Et
וַיַּעֲמֵד יְחִזְקִיָּהוּ אֶת־מַחְלְקוֹת הַכֹּהֲנִים וְהַלְוִיִּם עַל־מַחְלְקוֹתָם אִישׁ ׀ כְּפִי עֲבֹדָתוֹ לַכֹּהֲנִים 2
regis pars Et .Domini caſtrorum portis in laudandum & ,confitendum ad & miniſtrandum ad;pacifica &,holocauſtum ad Levitas &
וְלַלְוִיִּם לְעֹלָה וְלִשְׁלָמִים לְשָׁרֵת וּלְהֹדוֹת וּלְהַלֵּל בְּשַׁעֲרֵי מַחֲנוֹת יְהוָה׃ וּמְנָת הַמֶּלֶךְ 3
ſcriptum ſicut ,ſolennitatibus & ,*menſibus in* & ,ſabbathis in *aſcenſiones* & ,veſpere & mane ,*aſcenſiones aſcenſiones ad* ,ejus ſubſtantia de
מִן־רְכוּשׁוֹ לָעֹלוֹת לְעֹלוֹת הַבֹּקֶר וְהָעֶרֶב וְהָעֹלוֹת לַשַּׁבָּתוֹת וְלֶחֳדָשִׁים וְלַמֹּעֲדִים כַּכָּתוּב
confortarentur ut , Levitarum & ,ſacerdotum partem *dandum ad*, Jeruſalaim habitatoribus populo dixit Et .Domini lege in
בְּתוֹרַת יְהוָה׃ וַיֹּאמֶר לָעָם לְיוֹשְׁבֵי יְרוּשָׁלַםִ לָתֵת מְנָת הַכֹּהֲנִים וְהַלְוִיִּם לְמַעַן יֶחֶזְקוּ 4
omnis &,*mellis* & *recentis* olei & ,*muſti* ,frumenti *initium* Iſrael filii multiplicaverunt,*rem exuperare ſecundùm* Et.Domini lege in
בְּתוֹרַת יְהוָה׃ וְכִפְרֹץ הַדָּבָר הִרְבּוּ בְנֵי־יִשְׂרָאֵל רֵאשִׁית דָּגָן תִּירוֹשׁ וְיִצְהָר וּדְבַשׁ וְכֹל 5
,Jehudah urbibus in *habitantes* ,Jehudah & ,Iſrael filii Et .adduxerunt multitudinem in omnium decimam & ,agri *proventus*
תְּבוּאַת שָׂדֶה וּמַעְשַׂר הַכֹּל לָרֹב הֵבִיאוּ׃ וּבְנֵי יִשְׂרָאֵל וִיהוּדָה הַיּוֹשְׁבִים בְּעָרֵי יְהוּדָה 6
acervos dederunt & ,adduxerunt ,ſuo Deo Domino *ſanctificatum* ,ſanctitatum decimam &,pecudũ &,boum decimam ipſi etiam
גַּם־הֵם מַעְשַׂר בָּקָר וָצֹאן וּמַעְשַׂר קָדָשִׁים הַמְקֻדָּשִׁים לַיהוָה אֱלֹהֵיהֶם הֵבִיאוּ וַיִּתְּנוּ עֲרֵמוֹת
,Jechizchijahu venerunt Et .conſummaverunt ſeptimo menſe in & ,fundare acervos cœperunt tertio menſe In .*acervos*
עֲרֵמוֹת׃ בַּחֹדֶשׁ הַשְּׁלִשִׁי הֵחֵלּוּ הָעֲרֵמוֹת לְיַסּוֹד וּבַחֹדֶשׁ הַשְּׁבִיעִי כִּלּוּ׃ וַיָּבֹאוּ יְחִזְקִיָּהוּ 7 8
inquiſivit Et .Iſrael ejus populo & ,DOMINO benedixerunt & ,acervos viderunt & , principes &
וְהַשָּׂרִים וַיִּרְאוּ אֶת־הָעֲרֵמוֹת וַיְבָרְכוּ אֶת־יְהוָה וְאֵת עַמּוֹ יִשְׂרָאֵל׃ וַיִּדְרֹשׁ 9
primus ſacerdos Hazariahu eum ad dixit Et .acervis *ſuper* Levitis & ſacerdotibus *ſuper* Jechizchijahu
יְחִזְקִיָּהוּ עַל־הַכֹּהֲנִים וְהַלְוִיִּם עַל־הָעֲרֵמוֹת׃ וַיֹּאמֶר אֵלָיו עֲזַרְיָהוּ הַכֹּהֵן הָרֹאשׁ 10
ſuperrelinquere & ,*ſaturari &* ,*edere* DOMINI domum adducere *oblationem incipiendo Ab* :dixit & ,Sadoc *domus*
לְבֵית צָדוֹק וַיֹּאמֶר מֵהָחֵל הַתְּרוּמָה לָבִיא בֵית־יְהוָה אָכוֹל וְשָׂבוֹעַ וְהוֹתֵר
dixit Et .*huic turbæ reſiduæ* & , ſuo populo benedixit DOMINUS quia ,multitudinem ad uſque
עַד־לָרוֹב כִּי יְהוָה בֵּרַךְ אֶת־עַמּוֹ וְהַנּוֹתָר אֶת־הֶהָמוֹן הַזֶּה׃ וַיֹּאמֶר 11
, *decimam &* ,*elevationem* adduxerunt Et .paraverunt & :DOMINI domo in *cellas parandum ad* , Jechizchijahu
יְחִזְקִיָּהוּ לְהָכִין לְשָׁכוֹת בְּבֵית יְהוָה וַיָּכִינוּ׃ וַיָּבִיאוּ אֶת־הַתְּרוּמָה וְהַמַּעֲשֵׂר 12
, Jechiel Et .ſecundus ejus frater Simhi & , Levita Cananjahu dux ea ſuper Et .*fide in* ſancta &
וְהַקֳּדָשִׁים בֶּאֱמוּנָה וַעֲלֵיהֶם נָגִיד כָּונַנְיָהוּ הַלֵּוִי וְשִׁמְעִי אָחִיהוּ מִשְׁנֶה׃ וִיחִיאֵל 13
, Benajahu & , Machath & , Iſmachiahu & , Eliel & , Joſabad & , Jerimoth & , Hazahel & , Nachath & , Hazarjahu &
וַעֲזַזְיָהוּ וְנַחַת וַעֲשָׂהאֵל וִירִימוֹת וְיוֹזָבָד וֶאֱלִיאֵל וְיִסְמַכְיָהוּ וּמַחַת וּבְנָיָהוּ
domus ducis Hazariahu & , regis Jechizchijahu *mandato in* ejus fratris Simhi & , Cananiahu manu de præpoſiti
פְּקִידִים מִיַּד כָּונַנְיָהוּ וְשִׁמְעִי אָחִיו בְּמִפְקַד יְחִזְקִיָּהוּ הַמֶּלֶךְ וַעֲזַרְיָהוּ נְגִיד בֵּית־
elevationem dandum ad ,*Dei devotiones* ſuper orientem ad janitor Levites Imnah filius Chore Et .Dei
הָאֱלֹהִים׃ וְקוֹרֵא בֶן־יִמְנָה הַלֵּוִי הַשּׁוֹעֵר לַמִּזְרָחָה עַל נִדְבוֹת הָאֱלֹהִים לָתֵת תְּרוּמַת 14
.ſanctificationum ſanctificationes & DOMINO
יְהוָה וְקָדְשֵׁי הַקֳּדָשִׁים׃

Verſio VULG. LAT.

Ezechias autem conſtituit turmas Sacerdotales & Leviticas 2
per diviſiones ſuas,unumquemque in officio proprio,
tam Sacerdotum videlicèt quàm Levitarum, ad holocauſta,
& pacifica, ut miniſtrarent & confiterentur, caneréntque
in portis caſtrorum Domini. Pars autem regis 3
erat,ut de propria ejus ſubſtantia offerretur holocauſtum,
manè ſemper & veſperé. Sabbatis quoque, & Calendis,
& ſolennitatibus cæteris, ſicut ſcriptum eſt in lege
Moyſi. Præcepit etiam populo habitantium Jeruſalem, 4
ut darent partes Sacerdotibus, & Levitis, ut poſſent vacare
legi Domini. Quod cùm percrebruiſſet in auribus 5
multitudinis, plurimas obtulêre primitias filii Iſrael frumenti,
vini, & olei, mellis quoque : & omnium, quæ
gignit humus, decimas obtulerunt. Sed & filii Iſrael 6
& Juda, qui habitabant in urbibus Juda, obtulerunt decimas
boum & ovium, decimáſque ſanctorum, quæ voverant
Domino Deo ſuo : atque univerſa portantes, fecerunt
acervos plurimos. Menſe tertio cœperunt acervorum 7
jacere fundamenta, & menſe ſeptimo compleverunt
eos. Cúmque ingreſſi fuiſſent Ezechias & principes 8
ejus,viderunt acervos, & benedixerunt Domino ac
populo Iſrael. Interrogavítque Ezechias Sacerdotes & 9
Levitas, cur ita jacêrent acervi. Reſpondit illi Azarias 10
Sacerdos primus de ſtirpe Sadoc, dicens ; Ex quo cœperunt
offerri primitiæ in domo Domini, comedimus, &
ſaturati ſumus, & remanſerunt plurima, eò quòd benedixerit
Dominus populo ſuo : reliquiarum autem copia
eſt iſta, quam cernis. Præcepit igitur Ezechias ut præpararent 11
horrea in domo Domini. Quod cùm feciſſent,
Intulerunt,tam primitias, quàm decimas, & quæcunque 12
voverant, fideliter. Fuit autem præfectus eorum Chonenias
Levita , & Semei frater ejus, ſecundus, Poſt 13
quem Jahiel, & Azarias, & Nahath, & Aſael, & Jerimoth,
Jozabad quoque , & Eliel , & Jeſmachias , &
Mahath , & Banaias , præpoſiti ſub manibus Choneniæ,
& Semei fratris ejus, ex imperio Ezechiæ regis &
Azariæ pontificis domûs Dei , ad quos omnia pertinebant.
Core verò filius Jemna Levites & janitor 14
Orientalis portæ , præpoſitus erat iis quæ ſponte offerebantur
Domino , primitiiſque & conſecratis in
Sancta ſanctorum.

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

* ܘܐܩܝܡ ܚܙܩܝܐ ܡܛܪܬܐ ܕܟܗܢܐ ܘܕܠܘܝܐ. ܥܠ ܡܛܪܬܗܘܢ. ܓܒܪܐ. ܐܝܟ ܦܘܠܚܢܗ. 2
ܟܗܢܐ ܘܠܘܝܐ ܥܠܘܬܐ ܘܓܡܝܪܬܐ. ܠܡܫܡܫܘ ܘܠܡܘܕܝܘ ܘܠܡܫܒܚܘ ܒܬܪܥܐ
ܕܡܪܝܐ. * ܘܝܗܒ ܡܠܟܐ ܡܢ ܢܟܣܘܗܝ. ܥܠܘܬܐ ܕܬܘܪܐ ܕܨܦܪܐ ܘܕܪܡܫܐ. ܘܥܠܘܬܐ 3
ܕܫܒܬܐ. ܘܕܪܝܫ ܝܪܚܐ ܘܕܥܐܕܐ. * ܘܐܡܪ ܠܥܡܐ. ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ ܒܢܡܘܣܗ ܕܡܪܝܐ. 4
ܘܐܡܪ ܠܐܝܣܪܝܠ ܕܥܡܪܝܢ ܒܐܘܪܫܠܡ. ܠܡܬܠ ܙܕܩܐ ܕܟܗܢܐ ܘܕܠܘܝܐ. ܡܛܠ
ܕܐܚܝܠ ܐܢܘܢ ܒܢܡܘܣܗ ܕܡܪܝܐ. * ܘܟܕ ܐܣܓܝ ܦܬܓܡܐ ܥܡ ܐܝܣܪܝܠ. ܡܝܬܝܢ ܗܘܘ 5
ܪܫܝܬܐ ܕܥܒܘܪܐ ܘܕܚܡܪܐ ܘܕܡܫܚܐ. ܘܡܢ ܒܥܝܪܗܘܢ. ܘܡܢ ܥܠܠܬܐ ܕܚܩܠܐ. ܘܚܕ ܡܢ
ܥܣܪܐ. ܡܝܬܝܢ ܗܘܘ ܟܢܝܫܝܢ. * ܘܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܘܕܝܗܘܕܐ ܕܥܡܪܝܢ ܗܘܘ ܒܩܘܪܝܐ ܕܝܗܘܕܐ. 6
ܐܦ ܗܢܘܢ ܡܝܬܝܢ ܗܘܘ ܚܕ ܡܢ ܥܣܪܐ ܠܟܠܡܕܡ. ܘܡܝܬܝܢ ܗܘܘ ܘܡܩܪܒܝܢ ܗܘܘ ܠܡܪܝܐ
ܐܠܗܗܘܢ. ܘܡܝܬܝܢ ܗܘܘ ܪܫܝܬܐ ܥܠ ܪܫܝܬܐ. ܕܥܒܘܪܐ ܘܕܚܡܪܐ ܘܕܡܫܚܐ. ܘܡܢ
ܒܥܝܪܗܘܢ. ܘܡܢ ܥܠܠܬܐ ܕܚܩܠܐ. ܘܚܕ ܡܢ ܥܣܪܐ ܡܝܬܝܢ ܗܘܘ. ܘܡܩܕܫܝܢ ܗܘܘ
ܠܡܪܝܐ ܐܠܗܗܘܢ. * ܘܒܝܪܚܐ ܕܬܠܬܐ. ܐܫܬܟܚ ܪܫܝܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܛܒ. ܘܒܝܪܚܐ 7
ܕܫܒܥܐ. ܢܣܒ ܚܙܩܝܐ ܘܦܠܓ ܐܢܝܢ ܠܟܗܢܐ ܘܠܠܘܝܐ. * ܘܚܙܐ ܚܙܩܝܐ ܘܪܘܪܒܢܐ 8
ܕܣܓܝܐܢ ܗܢܝܢ ܕܟܗܢܐ ܪܫܝܬܐ. ܘܒܪܟܘ ܠܡܪܝܐ. ܘܨܠܝܘ ܥܠ ܐܝܣܪܝܠ. * ܘܨܠܝ 9
ܚܙܩܝܐ ܥܠ ܟܗܢܐ ܘܥܠ ܠܘܝܐ. ܥܠ ܪܫܝܬܐ ܕܣܓܝܐܢ. * ܘܩܪܐ ܠܗ ܠܥܙܪܝܐ ܟܗܢܐ 10
ܪܒܐ ܡܢ ܕܒܝܬ ܨܕܘܩ. ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܫܠܝܛ ܠܟܘܢ ܪܫܝܬܐ ܗܠܝܢ ܠܡܐܟܠ.
ܡܛܠ ܕܐܥܠܘܗ ܠܒܝܬܗ ܕܡܪܝܐ. ܐܟܘܠܘ ܘܣܒܥܘ. ܘܡܕܡ ܕܡܝܬܪ ܗܒܘ ܠܡܣܟܢܐ
ܘܠܒܨܝܪܐ. ܡܛܠ ܕܡܪܝܐ ܒܪܟ ܠܥܡܗ. ܘܝܗܒ ܠܗܘܢ ܗܢܐ ܣܘܓܐܐ. ܘܡܕܡ ܕܝܬܪ ܟܠܗ
ܠܥܡܐ ܕܐܝܣܪܝܠ. ܝܗܒܘܗ. * ܘܐܡܪ ܚܙܩܝܐ ܠܡܬܩܢܘ ܐܘܨܪܐ ܒܒܝܬܗ ܕܡܪܝܐ. 11
ܘܬܩܢܘ. * ܘܐܥܠܘ ܪܫܝܬܐ. ܘܚܕ ܡܢ ܥܣܪܐ. ܘܩܘܕܫܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ. ܘܥܠܝܗܘܢ 12
ܐܝܠ ܗܘܘ ܫܠܝܛܝܢ. ܟܢܢܝܐ ܠܘܝܐ. ܘܫܡܥܝ ܐܚܘܗܝ ܬܢܝܢܐ. * ܘܢܚܝܐܠ. 13
ܘܥܘܙܝܐ. ܘܢܚܬ. ܘܥܣܗܝܠ. ܘܝܪܡܘܬ. ܘܝܘܙܒܪ. ܘܐܠܝܠ. ܘܣܡܟܝܐ. ܘܡܚܬ. ܘܒܢܝܐ
ܘܫܡܥܝܐ ܐܚܘܗܝ. ܗܠܝܢ ܟܠܗܘܢ ܡܩܕܡܝܢ ܗܘܘ ܥܠ ܐܝܕܐ ܕܟܢܢܝܐ. ܐܝܟ ܦܘܩܕܢܗ
ܕܚܙܩܝܐ ܡܠܟܐ. ܘܥܙܪܝܐ ܪܒ ܒܝܬܗ ܕܡܠܟܐ. * ܘܩܪܝܐ ܒܪ ܝܡܝܢܐ ܠܘܝܐ. ܢܛܘܪ ܬܪܥܐ 14
ܡܕܢܚܝܐ. ܡܩܕܡ ܗܘܐ ܥܠ ܩܘܪܒܢܐ ܕܡܪܝܐ. ܘܥܠ ܩܘܕܫ ܩܘܕܫܐ.

Porrò Hezecia reſtituit excubias ſacerdotum 2
& Levitarum, per excubias eorum, quemque
pro officio ſuo : ſacerdotes *inquam* & Levitas,
holocauſta, & perfecta ; ad miniſtrandum,
gratias agendum, & laudandum in porta
Domini. Dedítque rex è propriis facultatibus 3
holocauſta boum matutina & veſpertina,
& holocauſta ſabbathorum, neomeniarum,
& feſtorum. Dixítque populo,quemadmodum 4
præſcriptum eſt in lege Domini ;
dixit inquam Iſraelitis qui degebant in Jeruſalem,
ut ſolverent jus ſacerdotum & Levitarum
: confirmavit enim eos *ad hoc* ex
lege Domini. Cúmque longum ſermonem 5
habuiſſet ad Iſraelitas, afferebant primitias
frumentorum, vinorum, & oleorum ; & ex
animantibus ſuis , & ex proventibus agri ;
decimas quoque confertim afferebant. Et 6
tam filii Iſraelis quàm Judæ, qui degebant
in civitatibus Judæ ; ipſi quoque decimas afferebant,
id eſt, unam è denis quibuſque *rebus* ;
afferebant inquam, & offerebant Domino
Deo ſuo. Cúmque primitias frumenti,
vini, & olei acervatim afferrent ; & ex animantibus
ſuis & proventibus agri decimas
quoque afferrent ; & Domino Deo ſuo conſecrarent ;
Menſe tertio inventæ ſunt primitiæ 7
quamplurimæ : menſe autem ſeptimo
accipiens *eas* Hezecia , diſtribuit eas inter
ſacerdotes & Levitas. Et videntes Hezecia 8
ac principes quòd permultæ eſſent illæ ſacerdotum
primitiæ, benedixerunt Domino, &
oraverunt pro Iſraele : Oravítque Hezecia 9
pro ſacerdotibus & pro Levitis, propter primitias
quæ plurimæ erant. Et accerſito Azariâ 10
ſummo ſacerdote de familia Sadoci,
dixit eis ; Licitum eſt vobis primitias iſtas
comedere, quoniam illatæ ſunt in domum
Domini : comedite ergò, & ſaturamini ; &
quod ex iis ſupererit, date pauperibus &
egenis ; quandoquidem benedixit Dominus
populo ſuo, & largitus eſt eis tantam abundantiam
: Quicquid ergò ſuperfuit , totum
dederunt populo Iſraelis. Edixit etiam Hezecia 11
ut pararentur cellæ in domo Domini,
& parârunt ; Intulerúntque primitias, decimas, 12
& res conſecratas, cum fidelitate :
iiſque præerant Chanania Levita, & Semei
frater ejus ſecundus ; Et Nehael, & Ozia, 13
Nahath, Aſael, Jermoth, Jozabar, Eliel, Semachia,
Mathah, Benaia, & Semaia frater
ejus : hi omnes præpoſiti erant ſub manu
Chananiæ, juxta imperium Hezeciæ regis,
& Azariæ præfecti domûs regiæ. Caria verò 14
filius Jeminæ, Levita, cuſtos portæ Orientalis,
præpoſitus erat ſacrificiis Domini, &
Sancto ſanctorum :

Verſio GRÆCA LXX. Interp. Cum Tranſlatione LATINA.

2 Καὶ ἔταξεν Ἐζεκίας τὰς ἐφημερίας τῶν ἱερέων καὶ τῶν Λευιτῶν, καὶ τὰς ἐφημερίας ἑκάστου κατὰ τὴν ἑαυτοῦ λειτουργίαν, τοῖς ἱερεῦσι καὶ τοῖς Λευίταις, εἰς τὴν ὁλοκαύτωσιν, καὶ εἰς τὴν θυσίαν τοῦ σωτηρίου, καὶ αἰνεῖν, καὶ ἐξομολογεῖσθαι, καὶ λειτουργεῖν (ε) ἐν ταῖς πύλαις ἐν ταῖς αὐλαῖς οἴκου κυρίου. 3 Καὶ μερὶς τοῦ βασιλέως ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ εἰς τὰς ὁλοκαυτώσεις τὴν πρωϊνὴν καὶ τὴν (ζ) δειλινὴν, καὶ ὁλοκαυτώσεις εἰς τὰ σάββατα, καὶ εἰς τὰς νουμηνίας, καὶ εἰς τὰς ἑορτὰς τὰς γεγραμμένας ἐν τῷ νόμῳ κυρίου. 4 Καὶ (η) εἶπαν τῷ λαῷ τοῖς κατοικοῦσιν ἐν Ἱερουσαλὴμ, δοῦναι τὴν μερίδα τῶν ἱερέων καὶ τῶν Λευιτῶν, ὅπως (θ) κατισχύσωσιν ἐν τῇ λειτουργίᾳ οἴκου κυρίου. 5 Καὶ ὡς προσέταξε τὸν λόγον, (ι) ἐπλεόνασεν Ἰσραὴλ ἀπαρχὴν σίτου, καὶ οἴνου, καὶ ἐλαίου, καὶ μέλιτος, καὶ πᾶν (κ) γέννημα ἀγροῦ, καὶ ἐπιδέκατα (λ) πάντα εἰς πλῆθος ἤνεγκαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδα. 6 Καὶ οἱ κατοικοῦντες ἐν ταῖς πόλεσιν Ἰούδα καὶ αὐτοὶ ἤνεγκαν ἐπιδέκατα μόσχων καὶ προβάτων, καὶ ἐπιδέκατα αἰγῶν, καὶ ἡγίασαν τῷ κυρίῳ θεῷ (μ) αὐτῶν· καὶ εἰσήνεγκαν καὶ ἔθηκαν σωροὺς σωρούς. 7 Ἐν τῷ μηνὶ τῷ τρίτῳ ἤρξαντο οἱ σωροὶ θεμελιοῦσθαι, καὶ ἐν (ν) τῷ μηνὶ τῷ ἑβδόμῳ συνετελέσθησαν. 8 Καὶ ἦλθεν Ἐζεκίας καὶ οἱ ἄρχοντες, (ξ) καὶ εἶδον τοὺς σωροὺς, καὶ ηὐλόγησαν τὸν κύριον καὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ Ἰσραήλ. 9 Καὶ ἐπυνθάνετο Ἐζεκίας τῶν ἱερέων καὶ τῶν Λευιτῶν ὑπὲρ τῶν σωρῶν. 10 Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν Ἀζαρίας ὁ ἱερεὺς ὁ ἄρχων εἰς οἶκον (ο) Σαδὼκ, καὶ εἶπεν, Ἐξ οὗ ἦρκται ἡ ἀπαρχὴ φέρεσθαι εἰς οἶκον κυρίου, ἐφάγομεν καὶ ἐπίομεν καὶ (π) κατελίπομεν ἕως εἰς πλῆθος, ὅτι κύριος (ρ) ηὐλόγησε τὸν λαὸν (σ) αὐτοῦ, καὶ κατελίπομεν (τ) ἔτι τὸ πλῆθος τοῦτο. 11 Καὶ εἶπεν Ἐζεκίας ἔτι ἑτοιμάσαι παστοφόρια εἰς οἶκον κυρίου. καὶ ἡτοίμασαν. 12 Καὶ (υ) ἤνεγκαν ἐκεῖ τὰς ἀπαρχὰς καὶ τὰ ἐπιδέκατα ἐν πίστει· καὶ ἐπ᾽ αὐτῶν ἐπιστάτης (φ) Χωνενίας ὁ Λευίτης, καὶ Σεμεῒ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ διαδεχόμενος· 13 Καὶ Ἰειὴλ, καὶ (χ) Ὀζίας, καὶ Ναὲθ, καὶ Ἀσαὴλ, καὶ Ἰεριμὼθ, καὶ (ψ) Ἰωζαβὰδ, καὶ Ἐλιὴλ, καὶ ὁ Σαμαχία, καὶ Μαὰθ, καὶ Βαναΐας, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ καθεσταμένοι διὰ (ω) Χωνενίου καὶ Σεμεῒ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καθὼς προσέταξεν (α) Ἐζεκίας ὁ βασιλεὺς καὶ Ἀζαρίας ὁ ἡγούμενος οἴκου κυρίου. 14 Καὶ (β) Κωρὴ ὁ τοῦ Ἰεμνὰ ὁ Λευίτης ὁ πυλωρὸς (γ) κατὰ ἀνατολὰς ἐπὶ τῶν (δ) δομάτων, δοῦναι τὰς ἀπαρχὰς κυρίου, καὶ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων,

Et ordinavit Ezecias vices ſacerdotum, & Levitarum, & vices cujuſque juxta ſuum miniſterium, ſacerdotibus, & Levitis, ad holocauſtoſim, & ad ſacrificium ſalutaris, & ad laudandum, & confitendum, & miniſtrandum in portis in (a) atriis domûs Domini. 2
Et portio regis de ſubſtantia ejus ad holocauſtoſes, matutinam, & veſpertinam, & holocauſtoſes in ſabbata, & in Neomenias, & in feſtivitates ſcriptas in lege Domini. 3
Et (b) dixerunt populo, habitantibus in Hieruſalem, dare portionem ſacerdotum, & Levitarum, ut confortentur in miniſteria domûs Domini. 4
Et poſtquàm conſtituit (c) verbum, abundanter dedit Iſrael primitias frumenti, & vini, & olei, & mellis: & omne genimen agri, & decimas omnes in multitudine attulerunt filii Iſrael, & Juda. 5
Et habitantes in civitatibus Juda etiam ipſi attulerunt decimas vitulorum, & ovium, & decimas (d) caprarum: & ſanctificaverunt Domino Deo ſuo. Et intulerunt, & poſuerunt acervos acervos. 6
In menſe tertio cœperunt acervi fundari: & in menſe ſeptimo conſummati ſunt. 7
Et venit Ezecias, & principes, & viderunt acervos, & benedixerunt Dominum, & populum ejus Iſrael. 8
Et percunctatus eſt Ezecias ſacerdotes, & Levitas ſuper acervis. 9
Et dixit ad eum Azarias ſacerdos princeps in domo Sadoc, & dixit; Ex quo cœperunt primitiæ afferri in domum Domini; manducavimus, & bibimus, & reliquimus uſque ad multitudinem: quoniam Dominus benedixit populum ſuum: (e) & reliquimus ad multitudinem hanc. 10
Et dixit Ezecias adhuc parare paſtophoria in domo Domini. 11
Et paraverunt. Et attulerunt illuc primitias, & decimas in fide: & ſuper eos præſes Choncnias Levita, et Semei frater ejus ſuccedens, 12
Et Jeiel, et Ozias, et Naeth, et Aſael, et Jerimoth, et Jozibad, et Eliel, et Samachia, et Maath, et Banaias, et filii ejus conſtituti per Chonchiam, et Semei fratrem ejus; ſicut ordinavit Ezecias rex, et Azarias dux domûs Domini. 13
Et Core filius Jemna Levita janitor ad Orientem ſuper dona ad dandum primitias Domini, et ſancta ſanctorum, 14

MS. A. (ε) ἐν ταῖς αὐλαῖς οἴκου (ζ) δειλινὴν, ὁλοκαυτώσεις εἰς σάββατα, (η) εἶπεν (θ) κατισχύσωσιν (ι) ἐπλεόνασαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ (κ) γέννημα (λ) πάντα ἤνεγκαν εἰς πλῆθος οἱ (μ) ἑαυτῶν· (ν) τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ (ξ) καὶ εἰδόντες τοὺς (ο) Σαδὼκ, Ἐξ οὗ (π) κατελείπομεν, ὅτι (ρ) εὐλόγησεν (σ) ἑαυτοῦ, (τ) ἔτι τὸ (υ) εἰσήνεγκαν (φ) Χωχενίας (χ) Ὀζαζὰς, (ψ) Ἰωζαβὰθ, καὶ Ἰειὴλ, καὶ Σαμαχία, (ω) Χωχενίου (α) ὁ βασιλεὺς Ἐζεκίας καὶ (β) Κωρὴ (γ) κατ᾽ ἀνατολὰς (δ) * δωμάτων,

Verſio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

2 * واقام حزقيا على اوقات الكهنة كل رجل مثل عمله * للكهنة واللاويين للمذبح
ليخدموا ويشكروا ويسجدوا في باب الرب * واعطى الملك من ماله ذبايح ثيرانا للغداة 3
وللمساء * وذبايح السبوت ورووس الشهور والاعياد * وقال للشعب * كما هو مكتوب في ناموس 4
الله اصنعوا * وقال للذين يسكنون اوروشليم من اسرايل ان يعطوا حق الكهنة واللاويين *
لان به أومر في ناموس الله * وحين كثر الكلام على اسرايل كانوا يجيبون واجبات 5
القمح والخمر والزيت * ومن البهايم والغلات التي من حقولهم واحدا من عشرة * وكانوا 6
يجيبون كبراء بني اسرايل ويهودا الذين كانوا يسكنون في ضياع يهودا * وهم ايضا كانوا
يجيبون العشر واحدا من عشرة ويقربون لله الههم * وكانوا يجيبون واجبات على واجبات
من القمح والخمر والزيت ومن الحيوان ومن غلات حقولهم واحدا من عشرة * وفي الشهر 7
الثالث وجدت واجبات كثيرة عظيمة * وفي الشهر السابع اخذها حزقيا * وقسمها على
الكهنة واللاويين * ونظر حزقيا ان واجبات الكهنة عظيمة جدا * وشكروا الله وباركوا 8
اله اسرايل * وصلى حزقيا على الكهنة واللاويين * وعلى الواجبات التي كثرت * فقال 9 10
لهم عوزيا الكاهن الكبير الذي من بيت صادوق * حلال لكم هذه الواجبات ان
تاكلوها * لانها لبيت الله دخلت * فكلوا واشبعوا وما فضل منها اعطوه للضعفاء والمساكين *
لان الله بارك شعبه * واعطاهم هذه البركة والكثرة * وما فضل منها اعطوه لاسرايل
كله * فقال حزقيا * اصنعوا في بيت الله صفوفا * فصنعوا * وجاوا بالواجبات واحدا من 11 12
عشرة ومقدسات بالامانة * وكان المتحكمون عليها من بني لاوي * الكناني وشمعي
اخوه * وناحايل * وعوزيا * وناحاث * وعاسوييل * ويرموث * ويوزابار * واليال * واسمخيوا * وماثاح * 13
وبنيا * وشمعيا اخوه * هولاء كلهم متحكمون على يد الكناني مثل ما امر حزقيا الملك *
وعزريا مدبر بيت الله * وقاريا بن يامينا من بني لاوي يحفظ الباب الشرقي مما يلي 14
القرابين لله وقدس المقدسين *

Poſthæc deſtinavit Hezecia ad vices ſacerdotales unumquenque ſecundùm proprium munus; ſacerdotes & Levitas ad altare, ut miniſtrarent, & gratias laudéſque dicerent in foribus Domini. 2
Dedit quoque rex è facultatibus ſuis victimas, nempe boves pro matutino & veſpertino tempore, & victimas ſabbathorum, principiorum menſium, & feſtorum. 3
Dixitque populo, Prout ſcriptum eſt in lege Dei, facite: iis autem Iſraelitis qui habitabant Jeroſolymis, dixit ut ſolverent jus ſacerdotum & Levitarum, cùm id præcipiatur in lege Dei. 4
Et poſtquam longam habuit orationem ad Iſraelitas, afferebant legitima tritici, vini, & olei; & ex pecoribus & proventibus agrorum ſuorum, unum ex decem. 5
Afferebant quoque magnates filiorum Iſraelis & Judæ, qui commorabantur in oppidis Judæ; ipſi quoque decimas afferebant, unum ex decem, & offerebant Deo, Deo ſuo. Cùm ergò legitima acervatim afferrent ex tritico, vino, & oleo; & ex pecoribus atque proventibus agrorum ſuorum, unum ex decem: 6
Menſe demum tertio inventa fuerunt multa magnáque legitima; quæ menſe ſeptimo accipiens Hezecia, diſtribuit inter ſacerdotes & Levitas. 7
Videns autem Hezecia quòd legitima ſacerdotum eſſent admodum ingentia, gratias egerunt Deo, & benedixerunt Deum Iſraelis: 8
Oravítque Hezecia pro ſacerdotibus & Levitis, & pro legitimis quæ multa erant. 9
Tum dixit eis Ozia ſummus ſacerdos qui erat ex familia Sadoci, Licet vobis comedere legitima iſta, quandoquidem in domum Dei ſunt ingreſſa: comedite ergò ea, & ſaturamini; & quod ex iis ſupererit, date tenuibus & pauperibus. Deus enim benedixit populo ſuo, & largitus eſt eis tantam benedictionem & abundantiam: quod ergò ex iis ſupererit, totum date Iſraelitis. 10
Quapropter dixit Hezecia, Facite in domo Dei ordines, & fecerunt: 11
Intulerúntque fidelitèr legitima, nempe decimas, & res conſecratas; iiſque præerant ex filiis Levi, Chanani & Semei frater ejus, 12
Nibael, Ozia, Nabath, Aſuel, Jermoth, Jozabar, Eliel, Semachio, Mathah, Bania, & Semeia frater ejus: hi omnes erant præpoſiti ſub manu Chanani, prout mandaverat Hezecia rex. Azaria tutor erat domûs Dei: 13
Caria verò Jaminæ filius, de filiis Levi, cuſtodiebat portam Orientalem contiguam ſacrificiis Dei & ſancto ſanctorum. 14

dandum ad ,*fide in* ſacerdotum civitatibus in Secanjahu & ,Amariahu ,Semahjahu &,Jeſuah &,Miniamin & ,Heden ejus manum ad Et
15 וְעַל־יָדוֹ עֵדֶן וּמִנְיָמִן וְיֵשׁוּעַ וּשְׁמַעְיָהוּ אֲמַרְיָהוּ וּשְׁכַנְיָהוּ בְּעָרֵי הַכֹּהֲנִים בֶּאֱמוּנָה לָתֵת
omni ,ſupra & ,annorum trium filio à maſculis *eorum genealogizare* Præter .parvo ſic magno ſicut ,*diviſionibus in* ſuis fratribus
16 לַאֲחֵיהֶם בְּמַחְלְקוֹת כַּגָּדוֹל כַּקָּטָן׃ מִלְּבַד הִתְיַחְשָׂם לִזְכָרִים מִבֶּן שָׁלוֹשׁ שָׁנִים וּלְמַעְלָה לְכָל־
genealogizare Et .*ſuas diviſiones juxta* eorum *obſervationibus in* ,eorum *ſervitium in* ,*ejus die in diei verbo in* ,Domini domo in ingredienti
17 הַבָּא לְבֵית־יְהוָה לִדְבַר־יוֹם בְּיוֹמוֹ לַעֲבוֹדָתָם בְּמִשְׁמְרוֹתָם כְּמַחְלְקוֹתֵיהֶם׃ וְאֵת הִתְיַחֵשׂ
.ſuis diviſionibus in *ſuis obſervationibus in* ,ſupra & ,annorum viginti filio à,Levitarum &,ſuorū patrum domum per ſacerdotum
הַכֹּהֲנִים לְבֵית אֲבֹתֵיהֶם וְהַלְוִיִּם מִבֶּן עֶשְׂרִים שָׁנָה וּלְמָעְלָה בְּמִשְׁמְרוֹתֵיהֶם בְּמַחְלְקוֹתֵיהֶם׃
ſe ſanctificabant eorum fide in quia:*concioni* omni ,eorum filiabus & ,eorum filiis & ,eorum uxoribus,eorum *pube cuncta in genealogizare* Et
18 וּלְהִתְיַחֵשׂ בְּכָל־טַפָּם נְשֵׁיהֶם וּבְנֵיהֶם וּבְנוֹתֵיהֶם לְכָל־קָהָל כִּי בֶאֱמוּנָתָם יִתְקַדְּשׁוּ־
,nomina per ſunt nominati qui viri ,*civitate & civitate omni* in ,eorum urbium *ſuburbii agris* in ſacerdotibus Aharon filiis Et.ſanctitate
19 קֹדֶשׁ׃ וְלִבְנֵי אַהֲרֹן הַכֹּהֲנִים בִּשְׂדֵי מִגְרַשׁ עָרֵיהֶם בְּכָל־עִיר וָעִיר אֲנָשִׁים אֲשֶׁר נִקְּבוּ בְּשֵׁמוֹת
: Jehudah omni in Jechizchijahu *hoc ſicut* fecit Et .Levitis *in genealogizare omne ad* &,ſacerdotibus *in* ,maſculo omni partes *dandum ad*
20 לָתֵת מָנוֹת לְכָל־זָכָר בַּכֹּהֲנִים וּלְכָל־הִתְיַחֵשׂ בַּלְוִיִּם׃ וַיַּעַשׂ כָּזֹאת יְחִזְקִיָּהוּ בְּכָל־יְהוּדָה
,Dei domus *ſervitio* in cœpit quod ,opere omni in Et .*ſui Dei Domini facies ad veritatem* & ,rectum & ,bonum fecit &
21 וַיַּעַשׂ הַטּוֹב וְהַיָּשָׁר וְהָאֱמֶת לִפְנֵי יְהוָה אֱלֹהָיו׃ וּבְכָל־מַעֲשֶׂה אֲשֶׁר־הֵחֵל ׀ בַּעֲבוֹדַת בֵּית־הָאֱלֹהִים
.eſt proſperatus & ,fecit ſuo corde toto in ,ſuum Deum *quærendum ad* ,præcepto in & , lege in &
וּבַתּוֹרָה וּבַמִּצְוָה לִדְרֹשׁ לֵאלֹהָיו בְּכָל־לְבָבוֹ עָשָׂה וְהִצְלִיחַ׃

CAP. XXXII. לב

civitates contra eſt caſtrametatus &,Jehudah in eſt ingreſſus &,Aſſur rex Sancherib venit ,horum veritatem & ,*verba* Poſt
1 אַחֲרֵי הַדְּבָרִים וְהָאֱמֶת הָאֵלֶּה בָּא סַנְחֵרִיב מֶלֶךְ־אַשּׁוּר וַיָּבֹא בִיהוּדָה וַיִּחַן עַל־הֶעָרִים
contra bellum ad ejus facies & ,Sancherib venit quòd ,Jechizchijahu vidit Et .ſe ad eas *perrumpendum ad* ,dixit & : munitas
2 הַבְּצֻרוֹת וַיֹּאמֶר לְבִקְעָם אֵלָיו׃ וַיַּרְא יְחִזְקִיָּהוּ כִּי־בָא סַנְחֵרִיב וּפָנָיו לַמִּלְחָמָה עַל־
:civitatem extra qui ,fontium aquas *obturandum ad*,ſuis potentibus &,ſuis principibus cum conſilium iniit Et .Jeruſalaim
3 יְרוּשָׁלִָם׃ וַיִּוָּעַץ עִם־שָׂרָיו וְגִבֹּרָיו לִסְתּוֹם אֶת־מֵימֵי הָעֲיָנוֹת אֲשֶׁר מִחוּץ לָעִיר
, terræ medio in inundantem torrentem & ,fontes omnes *obturarunt* &,multus populus ſunt congregati Et.eum adjuverūt &
4 וַיַּעְזְרוּהוּ׃ וַיִּקָּבְצוּ עַם־רָב וַיִּסְתְּמוּ אֶת־כָּל־הַמַּעְיָנוֹת וְאֶת־הַנַּחַל הַשּׁוֹטֵף בְּתוֹךְ־הָאָרֶץ
,*diruptum* murum omnem ædificavit & ,eſt confortatus Et ?multas aquas invenient &,Aſſur reges venient quid Ut :dicendo
5 לֵאמֹר לָמָּה יָבוֹאוּ מַלְכֵי אַשּׁוּר וּמָצְאוּ מַיִם רַבִּים׃ וַיִּתְחַזַּק וַיִּבֶן אֶת־כָּל־הַחוֹמָה הַפְּרוּצָה
,multitudinē in *miſſile* fecit & ,David urbem Millo roboravit & : alium murum forinſecus & ,turres *ſuper aſcendere fecit &*
וַיַּעַל עַל־הַמִּגְדָּלוֹת וְלַחוּצָה הַחוֹמָה אַחֶרֶת וַיְחַזֵּק אֶת־הַמִּלּוֹא עִיר דָּוִיד וַיַּעַשׂ שֶׁלַח לָרֹב
ad eſt locutus &,civitatis portæ plateam ad ,ſe ad eos congregavit &:populum ſuper bellorum principes *dedit* Et .cypeos &
6 וּמָגִנִּים׃ וַיִּתֵּן שָׂרֵי מִלְחָמוֹת עַל־הָעָם וַיִּקְבְּצֵם אֵלָיו אֶל־רְחוֹב שַׁעַר הָעִיר וַיְדַבֵּר עַל־
univerſæ *faciebus à* & ,Aſſur regis *faciebus à conſternemini* ne & ,timeatis ne ,roboremini & Confortamini : dicendo , eorum cor
7 לְבָבָם לֵאמֹר׃ חִזְקוּ וְאִמְצוּ אַל־תִּירְאוּ וְאַל־תֵּחַתּוּ מִפְּנֵי מֶלֶךְ אַשּׁוּר וּמִלִּפְנֵי כָּל־
.illo cum *præ multa* nobiſcum quia ,eo cum quæ , *turbæ*
הֶהָמוֹן אֲשֶׁר־עִמּוֹ כִּי־עִמָּנוּ רַב מֵעִמּוֹ׃

Verſio VULG. LAT.

Et ſub cura ejus Eden, & Benjamin, Jeſue, & Semeias, 15
Amarias quoque & Sechenias, in civitatibus Sacerdotū,
ut fideliter diſtribuerent fratribus ſuis partes, minoribus
atque majoribus : Exceptis maribus ab annis tribus & 16
ſuprà, cunctis qui ingrediebantur templum Domini, &
quidquid per ſingulos dies conducebat in miniſterio, at-
que obſervationibus juxta diviſiones ſuas, Sacerdotibus 17
per familias, & Levitis à vigeſimo anno & ſuprà per or-
dines & turmas ſuas, Univerſæque multitudini, tam u- 18
xoribus, quàm liberis eorū utriuſque ſexûs, fideliter cibi,
de his quæ ſanctificata fuerant, præbebantur. Sed & fi- 19
liorum Aaron per agros, & ſuburbana urbium ſingularū,
diſpoſiti erant viri, qui partes diſtribuerent univerſo ſexui
maſculino de Sacerdotibus & Levitis. Fecit ergò Eze- 20
chias univerſa quæ diximus in omni Juda : operatúſque
eſt bonum & rectum & verum, coram Domino Deo ſuo,
In univerſa cultura miniſterii domûs Dñi, juxta legem & 21
ceremonias, volens requirere Deum ſuum in toto corde
ſuo : fecítque & proſperatus eſt.

CAP. XXXII.

Poſt quæ & hujuſcemodi veritatē, venit Sennacherib 1
rex Aſſyriorū, & ingreſſus Judā, obſedit civitates muni-
tas, volens eas capere. Quod cùm vidiſſet Ezechias, ve- 2
niſſe ſcilicèt Sennacherib, & totum belli impetum verti
contra Jeruſalem, Inito cum principibus conſilio, viríſq; 3
fortiſſimis, ut obturarent capita fontium, qui erant extra
urbem: & hoc omnium decernente ſententiâ, Congrega- 4
vit plurimam multitudinem, & obturaverunt cunctos fon-
tes, & rivum qui fluebat in medio terræ, dicentes; Ne ve-
niant reges Aſſyriorum, & inveniant aquarum abundan-
tiam. Ædificavit quoque, agens induſtriè, omnem mu- 5
rum, qui fuerat diſſipatus, et extruxit turres deſupèr, & fo-
rinſecùs alterum murum: inſtauravítque Mello in civitate
David, et fecit univerſi generis armaturā et clypeos: Con- 6
ſtituítque principes bellatorū in exercitu : & convocavit
univerſos in platea portæ civitatis, ac locutus eſt ad cor
eorum dicens ; Viriliter agite, et confortamini : nolite 7
timere, nec paveatis regem Aſſyriorum, & univerſam
multitudinem, quæ eſt cum eo : multò enim plures no-
biſcum ſunt, quàm cum illo.

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

15 * ܘܠܗ ܡܫܬܡܫܝܢ ܗܘܘ ܐܕܘܢ ܘܒܢܝܡܝܢ. ܘܝܫܘܥ ܘܫܡܥܝܐ. ܘܐܡܘܪܝܐ. ܘܫܟܢܝܐ ܒܩܘܪܝܐ
16 ܕܟܗܢܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ. ܠܡܬܠ ܠܐܚܝܗܘܢ ܦܠܓܘܬܐ. ܠܪܒܐ ܐܝܟ ܙܥܘܪܐ. * ܠܒܪ ܡܢ ܕܙܕܩ.
17 ܠܕܟܪܐ ܡܢ ܒܪ ܬܠܬ ܫܢܝܢ ܘܠܥܠ. ܠܟܠܡܢ ܕܥܐܠ ܠܒܝܬܗ ܕܡܪܝܐ. * ܘܡܫܘܚܬܐ ܝܘܡ
ܒܝܘܡܗ. ܠܬܫܡܫܬܗܘܢ. ܒܡܛܪܬܗܘܢ. ܘܦܠܓܘܬܗܘܢ. ܘܡܫܚܐ ܘܚܡܪܐ ܡܬܝܗܒ ܗܘܐ
ܠܟܗܢܐ ܘܠܠܘܝܐ. ܠܒܝܬ ܐܒܗܝܗܘܢ. ܡܢ ܒܪ ܥܣܪܝܢ ܫܢܝܢ ܘܠܥܠ. ܒܡܛܪܬܗܘܢ
18 ܘܦܠܓܘܬܗܘܢ. * ܘܡܫܚܐ ܡܬܝܗܒ ܗܘܐ ܠܫܪܓܝܗܘܢ. ܘܠܢܫܝܗܘܢ. ܘܠܒܢܝܗܘܢ.
19 ܘܠܒܢܬܗܘܢ. ܘܠܟܠܗ ܥܡܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܕܒܗܝܡܢܘܬܐ ܡܬܩܕܫܝܢ ܗܘܘ. * ܡܛܠ
ܕܩܕܝܫܝܢ ܗܘܘ ܒܢܘܗܝ ܕܐܗܪܘܢ. ܩܕܝܫ ܗܘܐ ܒܣܪܗܘܢ. ܘܠܘܬ ܢܫܐ ܠܐ ܡܬܩܪܒܝܢ
ܗܘܘ. ܘܡܣܬܡܟܝܢ ܗܘܘ ܒܟܠ ܩܪܝܐ ܘܩܪܝܐ ܓܒܪܐ ܐܝܠܝܢ ܕܝܕܝܥܝܢ ܫܡܗܝܗܘܢ. ܕܢܬܠܘܢ
20 ܕܝܢܐ. ܠܟܠ ܕܟܪܐ ܕܐܝܬ ܒܟܗܢܐ. ܘܠܟܠܗܘܢ ܫܪܒܬܐ ܕܠܘܝܐ. * ܘܥܒܕ ܗܟܢܐ ܚܙܩܝܐ
21 ܒܟܠܗ ܝܗܘܕܐ. ܘܥܒܕ ܕܫܦܝܪ ܘܬܪܝܨ. ܘܗܠܟ ܒܟܐܢܘܬܐ ܩܕܡ ܡܪܝܐ. * ܒܟܠܗܘܢ ܥܒܕܘܗܝ
ܕܫܪܝ ܗܘܐ ܠܡܥܒܕ ܒܒܝܬܗ ܕܡܪܝܐ. ܘܒܢܡܘܣܐ ܘܒܦܘܩܕܢܐ. ܟܕ ܒܥܐ ܠܐܠܗܗ ܒܟܠܗ
ܠܒܗ. ܥܒܕ ܘܐܨܠܚ.
* ܩܦܠܐܘܢ * ܠܒ *
1 * ܒܬܪ ܨܒܘܬܐ ܗܠܝܢ
ܘܟܐܢܘܬܐ ܕܥܒܕ ܚܙܩܝܐ. ܐܬܐ ܣܢܚܪܝܒ ܡܠܟܐ ܕܐܬܘܪ. ܘܫܪܐ ܥܠ ܝܗܘܕܐ. ܥܠ ܚܣܢܐ
2 ܥܫܝܢܐ. ܘܐܡܪ ܠܥܡܘܪܝܗܘܢ. ܩܒܠܘ ܝܡܝܢܐ. ܘܬܘ ܠܘܬܝ. * ܘܚܙܐ ܚܙܩܝܐ ܕܐܬܐ
3 ܣܢܚܪܝܒ ܡܠܟܐ ܕܐܬܘܪ. ܘܚܝܠܘܬܗ. ܠܡܩܪܒ ܠܐܘܪܫܠܡ. * ܘܐܬܡܠܟ ܗܘ
ܥܡ ܪܘܪܒܢܘܗܝ ܘܓܢܒܪܘܗܝ. ܠܡܣܟܪ ܡܝܐ ܕܡܥܝܢܬܐ ܕܠܒܪ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ.
4 ܘܥܕܪܘܗܝ ܪܘܪܒܢܘܗܝ. * ܘܐܬܟܢܫܘ ܥܡܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܣܓܝܐܐ ܕܛܒ. ܘܣܟܪܘ
ܟܠܗܘܢ ܡܥܝܢܬܐ ܘܢܚܠܐ ܪܘܪܒܐ ܕܐܝܬ ܒܓܘ ܐܪܥܐ. ܡܛܠ ܕܐܡܪܝܢ.
5 ܕܠܡܐ ܢܐܬܐ ܡܠܟܐ ܕܐܬܘܪ. ܘܢܫܟܚ ܡܝܐ ܣܓܝܐܐ. * ܘܐܬܚܝܠܘ ܘܒܢܘ
ܫܘܪܐ ܐܚܪܢܐ ܠܘܩܒܠ ܫܘܪܢ. ܘܣܟܪܘ. ܢܩܥܬܐ ܕܥܒܕ ܕܘܝܕ. ܘܥܒܕ ܚܙܩܝܐ
6 ܙܝܢܐ ܣܓܝܐܐ. ܘܬܪܣܐ ܘܪܘܡܚܐ. * ܘܐܩܝܡ ܓܒܪܐ ܩܪܒܬܢܐ ܥܠ ܥܡܐ. ܚܕ
ܥܠ ܥܣܪܐ. ܘܟܢܫ ܐܢܘܢ ܠܘܬܗ ܠܫܘܩܐ ܕܡܕܝܢܬܐ. ܘܡܠܠ ܥܡ ܟܠܗܘܢ.
7 ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. * ܐܬܚܝܠܘ ܘܐܬܟܬܫܘ. ܘܠܐ ܬܕܚܠܘܢ. ܘܠܐ ܬܪܗܒܘܢ ܡܢ ܩܕܡ ܡܠܟܐ
ܕܐܬܘܪ. ܘܡܢ ܚܝܠܐ ܕܐܬܐ ܥܡܗ. ܥܡܢ ܓܝܪ ܣܓܝܐܝܢ ܡܢ ܕܥܡܗ.

Eíque fideliter obſequebantur Adon, & 15
Benjamen, Ieſus, Semaia, Amuria, & Secha-
nia in civitatibus ſacerdotum, dando fratri-
bus ſuis diſtributiones, magno æquè ac par-
vo, (Præter id quod debebatur) maſculo 16
cuilibet à nato tres annos & deinceps, omni
ingredienti domum Domini. Et demenſum 17
cujuſlibet diei, pro officio, excubiis, & por-
tionibus eorum, necnon oleum & vinum,
dabatur ſacerdotibus atque Levitis per fa-
milias eorum paternas, à nato viginti annos
& deinceps, ſecundùm excubias eorum, &
portiones eorum. Oleum quoque dabatur 18
laternis eorum, uxoribus, filiis, & filiabus
eorum, toti denique populo Iſraelitico qui
fideliter ſe ſanctificabant. Quoniam verò 19
ſancti erant filii Aharonis, ſanctæ erant car-
nes eorum, & ad mulieres non accedebant;
cicumibant per ſingulas civitates viri quidam
quorum nota ſunt nomina, ut jus redderent
cuique mari inter ſacerdotes exiſtenti, &
omnibus familiis Levitarum. Sic fecit He- 20
zecia in toto Iuda, fecítque quod bonum &
rectum erat, & juſtè ambulavit coram Do-
mino. In omnibus operibus ſuis quæ cœpe- 21
rat facere in domo Domini, & in lege, atque
præcepto; quærens Deum ſuum toto corde
ſuo, fecit, & proſperè ceſſit.

CAP. XXXII.

Poſt res iſtas & æquitatem quam præſtite- 1
rat Hezecia, venit Sanherib rex Athur, poſi-
tíſque caſtris adverſùs Judæ propugnacula
munitiſſima, dicebat habitatoribus eorum,
Suſcipite dexteram, & venite ad me. Videns 2
autem Hezecia quòd veniſſet Sanherib rex
Athur cum copiis ſuis ad oppugnandum Je-
ruſalem, Conſilium inivit cum principibus 3
heroibus ſuis de obturandis aquis fontium
qui erant extra urbem. Opem ergò tulerunt
ei principes ejus, Et populus Iſraeliticus in- 4
genti multitudine congregatus, obturârunt
omnes fontes & torrentes magnos qui erant
in medio regionis. Dicebant enim, Ne fortè
veniat rex Athur, & invenientes aquas mul-
tas, Corroborent ſeſe, & ædificent murum 5
alium adverſùs murum *noſtrum*, obturéntq;
foſſas quas fecerat David. Fecit quoque He-
zecia arma multa, & clypeos, ac lanceas:
Et conſtituit viros bellicoſos ſuper populum, 6
unum ſuper denos quoſque: iiſque ad ſe con-
gregatis in plateam civitatis, locutus eſt cum
omnibus, & dixit eis; Forti animo eſtote, 7
& pugnate; & ne timeatis, neque formide-
tis regem Athur neque copias quæ venerunt
cum eo: nobiſcum enim plures habemus
quàm ii quos habet ſecum.

Verſio GRÆCA LXX. Interp. Cum Tranſlatione LATINA.

15 Διὰ χειρὸς Ὀδὸμ, καὶ Βενιαμὶν, καὶ (ε) Ἰησȣ̃ς, ϗ Σεμεῒ, ϗ (ζ) Ἀμαρίας, ϗ Σεχονίας, διὰ χειρὸς τῶν ἱερέων ἐν πίστει, δȣ̃ναι τοῖς ἀδελφοῖς αὐτῶν κτ̀ τὰς ἐφημερίας, κτ̀ τὸν μέγαν (η) ϗ τὸν
16 μικρὸν, Ἐκτὸς τῆς ἐπιγονῆς τῶν ἀρσενικῶν ἀπὸ τριετȣ̃ς ϗ ἐπάνω, παντὶ τῷ εἰσπορευομένῳ εἰς οἶκον
17 κυρίου, εἰς λόγον ἡμερῶν εἰς ἡμέραν, εἰς λειτȣργείαν ἐφημερίαις διατάξεως αὐτῶν. Οὗτος ὁ καταλοχισμὸς τῶν ἱερέων κατ' οἴκȣς πατριῶν· καὶ οἱ Λευῖται ἐν ταῖς ἐφημερίαις αὐτῶν ἀπὸ εἰκοσαε-
18 τȣ̃ς ϗ ἐπάνω ἐν διατάξει, (θ) Ἐγκαταλοχίσαι ἐν πάσῃ ἐπιγονῇ υἱῶν αὐτῶν ϗ θυγατέρων αὐτῶν εἰς
19 (ι) πᾶν πλῆθος, ὅτι ἐν πίστει (κ) ἥγνισαν τὸ ἅγιον. Τοῖς υἱοῖς Ἀαρὼν τοῖς ἱερατεύουσι, ϗ οἱ ἀπὸ τῶν πόλεων αὐτῶν ἐν πάσῃ πόλει ϗ πόλει ἄνδρες οἳ ὠνομάσθησαν ἐν ὀνόματι, δȣ̃ναι μερίδα παντὶ
20 ἀρσενικῷ ἐν τοῖς ἱερεῦσι, ϗ παντὶ καταριθμȣμένῳ ἐν τοῖς Λευίταις. Καὶ ἐποίησεν ȣ̔́τως Ἐζεκίας
21 ἐν παντὶ Ἰȣ́δα, καὶ ἐποίησε τὸ καλὸν ϗ τὸ εὐθὲς (λ) ἐναντίον τȣ̃ κυρίȣ θεȣ̃ αὐτȣ̃. Καὶ ἐν παντὶ ἔργῳ (μ) ᾧ ἤρξατο ἐν ἐργασίᾳ ἐν οἴκῳ κυρίȣ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ καὶ ἐν τοῖς προστάγμασιν ἐξεζήτησε τὸν θεὸν (ν) αὐτȣ̃ ἐξ ὅλης (ξ) ψυχῆς αὐτȣ̃, ϗ ἐποίησε, καὶ εὐοδώθη.

(*f*) *Per manum Odom, & Benjamin, & Jeſus, & Semei, & Amarias, & Sechonias* (g) *per manum ſacerdotum in fide, ad dandum fratribus ſuis ſecundùm vices, juxta magnum, & parvum,* 15
(Præter fœturam maſculinorum à triennio, & ſuprà) omni ingredienti in domum Domini, in verbo dierum in die ad miniſterium vicibus ordinationis ſuæ. Hæc diſtributio ſacerdotum ſecundùm do- 16
mos patriarum: & Levitæ in vicibus ſuis à vigeſimo anno, & ſuprà, in ordinatione, (h) *Ad diſtribuendum in omni fœtura filiorum* 17
ſuorum, & filiarum ſuarum, in omnem multitudinem: quoniam in fide purificaverant ſanctum. Filiis (i) *Aaron fungentibus ſacer-* 18
dotio, & qui de civitatibus eorum in omni civitate, & civitate, viri, qui nominati ſunt in nomine, ad dandum partem omni maſculino in 19
ſacerdotibus, & omni adnumerato in Levitis. Et fecit ſic Ezecias in omni Juda, & fecit bonum, & (k) *rectum coram Domino Deo* 20
ſuo. Et in omni opere, quod cœpit in opificio in domo Domini, & in lege, & in præceptis exquiſivit Deum ſuum ex tota anima ſua: & fecit, & proſperatus eſt. 21

MS.A. Ἰησȣ̃, (ζ) Μαρίας, (η) καὶ κτ̀ τὸν (θ) Ἐγκαταλοχίαις ἐν πάσῃ (ι) πᾶν τὸ πλῆθος, (κ) ἥγιασαν τὸν ἅγιον. (λ) ἐναντίον κυρίου (μ) ἐν ᾧ (ν) ἑαυτȣ̃ (ξ) τῆς ψυχῆς αὐτȣ̃, ἐποίησεν

ΚΕΦ. λβ'.

11 * ܟܠܗܘܢ ܥܒ̈ܕܘܗܝ ܕܡܠܟܐ ܝܕܥܝܢ. ܕܟܠ ܓܒܪܐ ܐܘ ܐܢܬܬܐ ܕܥܐܠ ܩܕܡ ܡܠܟܐ ܠܕܪܬܐ
ܓܘܝܬܐ ܐܝܢܐ ܕܠܐ ܡܬܦܩܕ ܚܕܐ ܗܝ ܕܢܬܩܛܠ. ܣܛܪ ܡܢ ܡܢ ܕܢܘܫܛ ܠܗ
ܡܠܟܐ ܫܒܛܐ ܕܕܗܒܐ ܘܢܚܐ. ܘܐܢܐ ܠܐ ܐܬܩܪܝܬ ܠܡܥܠ ܩܕܡ ܡܠܟܐ ܗܐ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ.

* Miſſæq; ſunt literæ p̄ curſores regis ad omnes 13
provincias regis; ut delerent & occiderent, &
perderét univerſos Judæos, tam invenes quā
ſenes, pueroſque et fœminas, die uno, decimo
tertio menſis Adar: & bona ipſorum diripe-
rent. Die uno, menſe Adar, decimo tertio,
ſcriptum erat. Exemplum autem ſcripturæ 14
propoſitum eſt per ſingulas provincias: po-
puliſque univerſis præceptum, in eum diem
paratos eſſe. Et egreſſi ſunt curſores, præcepto 15
regis accelerati; editumque eſt edictum in
caſtro Suſan: & rex cum Hamane ſimul ac-
cumbebant convivio. Suſa autem urbs con-
turbata eſt.

CAP. IV.

ET Mordecai didicit quod factum erat. Et 1
ſcidit Mordecai veſtes ſuas, et induit ſe ſac-
co, & volvit ſe in cinere, et egreſſus eſt in
medium urbis ululans ululatu magno et ama-
ro. Et venit uſq; ad portam regis, lex autem 2
erat, indutum ſacco non ingredi portam re-
gis. Per omnes autem provincias, quò perve- 3
nerat edictum regis, factus eſt luctus magnus
Judæis, & jejunium et fletus, planctuſq; &
ſaccus, et cinis ſtratus multis. Ingreſſi autem 4
eunuchi Eſther indicârunt ipſi. Et commota
eſt regina valde, miſitq; veſtes quas indueret
Mordecai, exuto ſacco quem induerat: ſed
non accepit. Et vocavit Eſther Hathan unum 5
eunuchorum regis qui miniſtrabat ipſi, &
mandavit ei ad Mordecai; ut ſciret quid eſſet,
& qua de re. Et egreſſus eſt Hathan ad Mor- 6
decai in plateam civitatis, coram porta regis.
Et oſtendit ei Mordecai totum id quod ipſi 7
acciderat. Quantumq; argenti pronuntiave-
rat Haman penſurū ſe ut inferretur ærario
regis, adverſùs Judæos, ut pereant. Deditq; ei 8
exemplum edicti quod propoſitum erat in ca-
ſtro Suſan, ut oſtenderet Eſther. Et mandavit
ipſi, ut ad regem introiret, et ab ipſo peteret,
et ſupplicaret ipſi de populo. Ingreſſus autem 9
Hathan dixit Eſther verba Mordecai. Dixit 10
autem Eſther Hathani, & mandavit ipſi ut
diceret Mordecai; Nôrunt omnes ſervi regis, 11
ꝙ quicunq; vel quæcunque ingreditur in con-
ſpectum regis, in atrium interius de quo man-
datum non fuerit, una eſt lex ut occidatur,
præter eum cui porrexerit rex ſceptrum aure-
um, ut vivat. Ego autem his tribus diebus
non ſum vocata ut intrarem ad regem.

אסתר : ה

,tuo animo in *imaginaris* Ne : Esther *ad referendum ad* ,Mordochai Dixitque .Esther verba Mordochai ipsi *indicaverunt* Et

וַיַּגִּידוּ לְמָרְדֳּכָי אֵת דִּבְרֵי אֶסְתֵּר׃ וַיֹּאמֶר מָרְדֳּכַי לְהָשִׁיב אֶל־אֶסְתֵּר אַל־תְּדַמִּי בְנַפְשֵׁךְ 12 13

liberatio & respiratio ,isto tempore in silueris silendo si Nam .Jehudæis cunctis præ regis domo te *eruendum ad*

לְהִמָּלֵט בֵּית־הַמֶּלֶךְ מִכָּל־הַיְּהוּדִים׃ כִּי אִם־הַחֲרֵשׁ תַּחֲרִישִׁי בָּעֵת הַזֹּאת רֶוַח וְהַצָּלָה 14

perveneris hoc sicut tempore in si ,*sciens* quis & : peribitis tui patris domus & ,tu & ; alio loco ex Jehudæis stabit

יַעֲמוֹד לַיְּהוּדִים מִמָּקוֹם אַחֵר וְאַתְּ וּבֵית־אָבִיךְ תֹּאבֵדוּ וּמִי יוֹדֵעַ אִם־לְעֵת כָּזֹאת הִגַּעַתְּ

,Susan in *inventos* Jehudæos omnes congrega ,Vade : Mordochai *ad referendum ad* Esther Dixitque ? regnum ad

לַמַּלְכוּת׃ וַתֹּאמֶר אֶסְתֵּר לְהָשִׁיב אֶל־מָרְדֳּכָי׃ לֵךְ כְּנוֹס אֶת־כָּל־הַיְּהוּדִים הַנִּמְצְאִים בְּשׁוּשָׁן 15 16

tunc & :sic jejunabo meæ puellæ & ego etiam ; die & nocte diebus tribus bibatis neque ,comedatis ne & ,me *super* jejunate &

וְצוּמוּ עָלַי וְאַל־תֹּאכְלוּ וְאַל־תִּשְׁתּוּ שְׁלֹשֶׁת יָמִים לַיְלָה וָיוֹם גַּם־אֲנִי וְנַעֲרֹתַי אָצוּם כֵּן וּבְכֵן

omnia juxta fecit & ,Mordochai *transiit* Et .peream ,peream quomodocunq; & ,lege secundùm non quod , regem ad ingrediar

אָבוֹא אֶל־הַמֶּלֶךְ אֲשֶׁר לֹא־כַדָּת וְכַאֲשֶׁר אָבַדְתִּי אָבָדְתִּי׃ וַיַּעֲבֹר מָרְדֳּכָי וַיַּעַשׂ כְּכֹל 17

.Esther *eo super* præcepit quæ

אֲשֶׁר־צִוְּתָה עָלָיו אֶסְתֵּר׃

CAP. V. ה

: regis domum contra ,interiori regis domus atrio in stetit & , *regno* Esther se induit & ,tertio die in fuit Et

וַיְהִי בַּיּוֹם הַשְּׁלִישִׁי וַתִּלְבַּשׁ אֶסְתֵּר מַלְכוּת וַתַּעֲמֹד בַּחֲצַר בֵּית־הַמֶּלֶךְ הַפְּנִימִית נֹכַח בֵּית הַמֶּלֶךְ 1

regem videre secundùm ,fuit Et .domus ostium contra regni domo in sui regni solium super *sedens* rex &

וְהַמֶּלֶךְ יוֹשֵׁב עַל־כִּסֵּא מַלְכוּתוֹ בְּבֵית הַמַּלְכוּת נֹכַח פֶּתַח הַבָּיִת׃ וַיְהִי כִּרְאוֹת הַמֶּלֶךְ אֶת־ 2

quod auri sceptrum Esther ad rex extendit & :ejus oculis in gratiam *tulit* ,atrio in stantem reginam Esther

אֶסְתֵּר הַמַּלְכָּה עֹמֶדֶת בֶּחָצֵר נָשְׂאָה חֵן בְּעֵינָיו וַיּוֹשֶׁט הַמֶּלֶךְ לְאֶסְתֵּר אֶת־שַׁרְבִיט הַזָּהָב אֲשֶׁר

quæ & ,regina Esther tibi Quid : rex ei Dixitque .*sceptri capite in* tetigit & ,Esther accessit & : sua manu in

בְּיָדוֹ וַתִּקְרַב אֶסְתֵּר וַתִּגַּע בְּרֹאשׁ הַשַּׁרְבִיט׃ וַיֹּאמֶר לָהּ הַמֶּלֶךְ מַה־לָּךְ אֶסְתֵּר הַמַּלְכָּה וּמַה־ 3

rex ingrediatur ,*bonum rege super* Si : Esther Dixitque .tibi dabitur & , regni dimidium ad usque ? tua *postulatio*

בַּקָּשָׁתֵךְ עַד־חֲצִי הַמַּלְכוּת וְיִנָּתֵן לָךְ׃ וַתֹּאמֶר אֶסְתֵּר אִם־עַל־הַמֶּלֶךְ טוֹב יָבוֹא הַמֶּלֶךְ 4

verbum *faciendum ad* ,Haman ipsum *facite Festinare* : rex Dixitque .ei feci quod convivium ad hodie Haman &

וְהָמָן הַיּוֹם אֶל־הַמִּשְׁתֶּה אֲשֶׁר־עָשִׂיתִי לוֹ׃ וַיֹּאמֶר הַמֶּלֶךְ מַהֲרוּ אֶת־הָמָן לַעֲשׂוֹת אֶת־דְּבַר 5

convivio in Esther ad rex Dixitque .Esther fecerat quod ,convivium ad Haman & , rex venit & : Esther

אֶסְתֵּר וַיָּבֹא הַמֶּלֶךְ וְהָמָן אֶל־הַמִּשְׁתֶּה אֲשֶׁר־עָשְׂתָה אֶסְתֵּר׃ וַיֹּאמֶר הַמֶּלֶךְ לְאֶסְתֵּר בְּמִשְׁתֵּה 6

, Esther respondit Et .fiet & , regni dimidium ad usque ? tua inquisitio quæ & : tibi dabitur & ,tua petitio Quæ : vini

הַיַּיִן מַה־שְּׁאֵלָתֵךְ וְיִנָּתֵן לָךְ וּמַה־בַּקָּשָׁתֵךְ עַד־חֲצִי הַמַּלְכוּת וְתֵעָשׂ׃ וַתַּעַן אֶסְתֵּר 7

: mea inquisitio & ,mea Petitio : dixit &

וַתֹּאמַר שְׁאֵלָתִי וּבַקָּשָׁתִי׃

Versio VULG. LAT.

Quod cùm audisset Mardochæus, Rursum mandavit 12
Esther, dicens; Ne putes quòd animam tuam tantùm 13
liberes, quia in domo regis es præ cunctis Judæis:
Si enim nunc silueris, per aliam occasionem libera- 14
buntur Judæi: & tu, & domus patris tui, peribitis. Et
quis novit, utrùm idcircò ad regnum veneris, ut in
tali tempore parareris? Rursúmque Esther hæc Mardo- 15
chæo verba mandavit; Vade & congrega omnes Ju- 16
dæos, quos in Susan repereris, & orate pro me. Non
comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tribus no-
ctibus: et ego cum ancillis meis similiter jejunabo, &
tunc ingrediar ad regem, contra legem faciens, non vo-
cata, tradénsque me morti & periculo. Ivit itaque 17
Mardochæus, & fecit omnia, quæ ei Esther præce-
perat.

CAP. V.

Die autem tertio induta est Esther regalibus vesti- 1
mentis, & stetit in atrio domûs regiæ, quod erat inte-
rius, contra basilicam regis: at ille sedebat super solium
suum in consistorio palatii contra ostium domûs. Cúm- 2
que vidisset Esther reginam stantem, placuit oculis
ejus, & extendit contra eam virgam auream, quam te-
nebat manu. Quæ accedens, osculata est summitatem
virgæ ejus. Dixítque ad eam rex, Quid vis Esther re- 3
gina? quæ est petitio tua? etiam si dimidiam partem
regni petieris, dabitur tibi. At illa respondit; Si re- 4
gi placet, obsecro ut venias ad me hodiè, & Aman te-
cum, ad convivium quod paravi. Statímque rex; Vo- 5
cate, inquit, citò Aman, ut Esther obediat voluntati.
Venerunt itaque rex & Aman ad convivium, quod eis
regina paraverat. Dixítque ei rex, postquàm vinum 6
biberat abundanter; Quid petis ut detur tibi? & pro
qua re postulas? etiam si dimidiam partem regni mei
petieris, impetrabis. Cui respondit Esther; Petitio 7
mea, & preces sunt istæ:

תרגום TARGUM.

וכד חזא המן רשיעא ית התך דשמיה דניאל אעל ונפק לות אסתר ותקף רוגזיה ביה 12
וקטליה ואזדמנו תמן מיכאל וגבריאל מלאכיא וחויאו למרדכי ית פתגמי אסתר : ואמר 13
מרדכי למיכאל ולגבריאל לאתבא לות אסתר כדנא תימרון לה לא תחשבי בנפשיכי
למהך לאשתיזבא בבית מלכא מן כל יהודאי : ארום אם משתק שתוקי בעדנא הדא ולא 14
תפגעי על יהודאי רווחא ושיזבותא יקום ליהודאי מן אתר אוחרן בגין זכות אבהת
עלמא וישזיב יתהון מרי עלמא מן יד בעלי דבביהון ואנת וגניסת בית אבהתך תובדון
על ההיא חובתא ומן הוא חכימא די ינדע אין לשתא דאתיא בעדנא הדא את מטיא
למחסן מלכותא : ואמרת אסתר למיכאל וגבריאל לאתבא לות מרדכי : איזל כנוס 15 16
ית כל יהודאי די אשתכחון בשושן וצומו עלי לא תיכלון ולא תשתון תלתא יומין וצלו
קדם מרי עלמא בליליא ובימטא ואוף אנא ועולמתי נצום הכדין ובתר כן איעול לות
מלכא דלא כדינא והיכמה דהובדית מן בית נשי ואדברית מנך באונסא כדין אוביד מן
חיי עלמא הדין בגין פורקן עמא בית ישראל : ונסס ובנס מרדכי ועבר על חדות 17
חגא דפסחא וצומא גזר ויתב על קטמא ועבד ככל די פקדת עלוי אסתר :

ה

והוה ביומא תליתאה דפסחא ולבשת אסתר לבושי מלכותא ושרת עלה רוח קודשא 1
וקמת וצליאת בדרת דבית מלכא גוואה דמתבני לקבל בית מלכא די בירושלם ומלכא
הוה יתב על כורסי מלכותיה בבית מלכותא ומסתכל כל קבל תרע ביתא ענת אסתר
וכן אמרת רבון דעלמא לא תמסרנני ביד ערלא הדין ולא תעבד רעות המן רשיעא מני
היכמה די עבד מן ושתי דשם טעם על מלכא ופקד למקטלה בגין דהוה צבי למסב ית
ברתיה וכד אתכנשו עולמתא לידוי דהגי הות תמן ברתיה דהמן והות צביא מן שמיא
דכל יומא ויומא הות מקלקלא בריעא עצוצא ובמוי דרגלן ופומה הוה סרי לחדא ואפיקו
יתה בבהילו ומנה אסתקף עלי הדא לאתנסבא ליה וכען שוי יתי לרחמין בעינוי דלא
יקטלנני די עבד צבותי ובעותי די אנא בעיא מניה ואוף אנת ברחמך סגיאין חוס על
עמך ולא תמסר בנוי דיעקב בידוי דהמן בר המדתא בר עדא בר בזנאי בר אפליטוס בר
דיוסוס בר פרוס בר המדן בר תליון בר אתניסומוס בר חרום בר חרסום בר שגר בר
נגר בר פרמשתא בר ויזתא בר אגג בר סומקר בר עמלק בר אליפז בר עשו רשיעא :
והוה כד חזא מלכא ית אסתר מלכתא קימא כד נסיסא בדרתא ותרתין עינהא זלגן 2
דמעין ומסתכלא כלפי שמיא מן יד אטעינת רחמין בעינוי ואושיט מלכא לאסתר ית
תגרא דדהבא דהוה נקט בידיה וקריבת אסתר ומטת לידא ואחידת ברישא דתגדא :
ואמר לה מלכא מה צרוך אית לך אסתר מלכתא ומה בעותיך אפילו אם אנת בעיא 3
לפלגות מלכותי אתנניה לך לחוד למבני בית מוקדשא דאיהו קאם בתחום פלגות
מלכותי לא אתן לך דהכדין קימית בשבועה לגשם ערבאה וסנבלט חורונאה וטוביה
עבדא עמונאה דלא למשבק למבני יתיה דדחיל אנא מן יהודאי דלמא ימרדון בי
הדא בעותא לא אעבד לך מלתא אחריתי די אנת בעיא מני אגזור ותתעבד בבהילו
ורעותיך אתיהב לך : ואמרת אסתר אין על מלכא שפיר ייתי מלכא והמן יומא דין 4
לשירותא דעבדית לכון : ואמר מלכא אוחיאו ית המן למעבד ית פתגם גזירת 5
אסתר ועל מלכא והמן למשתיא די עבדת אסתר : ואמר מלכא לאסתר במשתיא 6
דחמרא מה שאלתיך אסתר מלכתא ומה בעותיך אפילו אין אנת בעיא עד פלגות
מלכותי תתעבד בעותיך לחוד למבני בית מוקדשא דאיהו קאם בתחום פלגות
מלכותי לא אתן לך דהכדין קימית בשבועה לגשם ערבאה וסנבלט חורונאה וטוביה
עבדא עמונאה דלא למשבק למבני יתיה דלמא ימרדון בי יהודאי : ואתיבת אסתר 7
ואמרת לית אנא בעיא פלגות מלכותא בשאלתי ולא בנין בית מוקדשא בבעותי :

PARAPH. CHALD. Versio Latina.

Cùm autem videret Haman impius Hathach, cui nomen Daniel, porro ac 12
retro itantem ad Ezzther, excanduit furor ejus in eum, & occîdit eum:
sed in promptu adfuerunt illic Michael & Gabriel Angeli, & narra-
verunt Mardechai verba Ezzther. Et dixit Mardechai *Michaeli &* 13
Gabrieli, ut responderetur Ezzther: *sic dicetis ei,* Ne arbitrere in ani-
ma tua quòd *abiens* evades in domo regis ex omnibus Jehudæis. Nam 14
si tacendo tacueris in tempore hoc, *nec intercesseris pro Jehudæis,*
dilatatio & evasio existet Jehudæis ex loco alio, *ob meritum patrum an-
tiquorum, & eripiet eos Dominus mundi è manu inimicorum suorum;*
tu autem, & familia domus patrum tuorũ peribitis propter hanc cul-
pam: & quis est sapiens qui sciat, an ad *annum venientem tempore hoc*
tu contigeris ad *possidendum* regnum? Et dixit Ezzther *Michaeli &* 15
Gabrieli, ut responderetur Mardechai. Vade congregato omnes Je- 16
hudæos qui inventi fuerint in Susan, & jejunate *pro me*; ne comedatis
& ne bibatis tribus diebus *& orate ante Dominum mundi* nocte & die,
& etiam ego & puellæ meæ *jejunabimus* similiter: et posthæc intrabo ad
regẽ, quanquam non juxta morẽ; *& quemadmodum perii è gynæceo meo à
te violenter abrepta, ita* peream *à vita hujus mundi propter salutem
populi domus Israel.* Et contristatus *& indignatus* est Mardechai, & 17
*peccavit in lætitiam festi Paschatis, & jejunium indixit, & sedit in
cinere*: fecitque juxta omnia quæ præceperat ei Ezzther.

CAP. V.

Et fuit die tertio *Paschatis*, induit se Esther vestimento regio, *&* 1
requievit super eam spiritus sanctus, & stetit *& oravit* in atrio domus
regis interiori, *quod extructum erat* è regione domus regis, *quæ erat in
Jerusalem:* & rex sedebat super solium regni sui in domo regia, *& aspexit*
omnino è regione portæ domus. *Et proloquuta Esther ita dixit; Domine
mundi ne tradas me in manum præputiati hujus, neq; efficias cupidinem
Haman impii de me, quemadmodum effecit de Vasthi, quam posito edicto
regio jussit interfici, quòd vellet eum ducere filiã suã: Cumq; congrega-
rentur puellæ in manũ Hegai, adfuit unà filia Haman; sed placitum est
cœlitus ut quotidie inquinaret stercore matulam & urina, & os ejus fa-
teret teterrimè, & educerent eam quam citissimè: atque hinc occasio data
est huic rei ut acciperer illi; nunc etiam redde me gratiosam in ocu-
lis ejus ne interficiat me, sed efficiat desideriũ & petitionẽ meã quã peti-
tura sũ ab eo. Tu etiam in misericordiis tuis multis propitius esto populo
tuo, ne tradas filios Jaacob in manus Haman filii Hamdatha, filii Ada,
filii Bisnai, filii Aphlitus, filii Dejosos, filii Peros, filii Hamdan, filii
Talion, filii Atnisomus, filii Charũ, filii Charsũ, filii Segar, filii Negar,
filii Parmasta, filii Vaisatha, filii Agag, filii Sumcar, filii Amalek, filii
Eliphaz, filii Esau impii.* Et fuit cùm videret rex Ezzther stantem *ac tri-* 2
stitiam præ se ferentem in atrio, *& ambobus oculis fundentem lachrymas,
& suspicientem versus cœlum, illico* reportavit illa gratiam *in oculis
ejus*; & extendit rex ad Ezzther sceptum aureum quod tenebat in manu
sua, & accessit Ezzther & attigit manu sua, et apprehendit caput sceptri.
Et dixit ei rex: Quid opus est tibi Ezzther regina? aut quæ est postulatio 3
tua? *vel si tu postulaveris* ad dimidium regni mei, *dabo illud* tibi: *tan-
tummodo ut exstruatur domus sanctuarii, quæ stat in termino dimidii re-
gni mei haud largiturus sũ tibi, quòd ita pollicitus sim jurejurando Gosem
Arabi, & Sanballath Horonitæ & Tobiæ servo Ammonitæ, me non per-
missurũ eã restaurari; metuo enim à Jehudæis, ne rebellent in me. Hoc
postulatũ tuũ haud effectũ tibi dabo: quidvis aliud quod petieris à me, de-
cernam ut fiat tibi confestim, & desiderium tuum tibi dabitur.* Et dixit 4
Ezzther si regi gratum est *veniat* rex et Haman hodie ad convivium quod
feci *vobis*. Et dixit rex: *Accelerate* Haman ut faciat verbum *statuti* 5
Ezzther: et intravit rex et Haman ad convivivium quod fecerat
Ezzther. Et dixit rex ad Ezzther in convivio vini: Quæ est petitio tua 6
Ezzther regina? et quæ postulatio tua? *etiam si tu petieris* usque ad di-
midium regni mei, fiet *petitio tua: tantummodo ut exstruatur domus
sanctuarii, quæ stat in termino dimidii regni mei haud concessurus sum
tibi; quòd ita fidem meam jurejurando astrinxerim Gosem Arabi, &
Sanballath Horonitæ & Tobiæ servo Ammonitæ, me non permissurum
ut ea restauretur, ne rebellent in me Jehudæi.* Et respondit Ezzther 7
et dixit: *Ego minimè postulo dimidium regni petitione mea, neque re-
staurationem domus sanctuarii postulatione mea.*

Verſio GRÆCA LXX. Interp. Cum Tranſlatione LATINA.

Sequens Oratio Mardochæi pro Judæorum liberatione, in Vulg. Lat. habetur cap. 13. v. 8. uſque ad finem cap.

(λ) Καὶ ἐδεήθη κυρίου, μνημονεύων πάντα τὰ ἔργα κυρίου, Καὶ εἶπε, (μ) Κύριε κύριε βασιλεῦ πάντων κρατῶν, ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ σου τὸ πᾶν ἐστι, ϗ οὐκ ἔστιν ὁ ἀντιδοξῶν σοι ἐν τῷ θέλειν σε σῶσαι τὸν Ἰσραήλ. Ὅτι σὺ ἐποίησας τὸν οὐρανὸν ϗ τὴν γῆν, ϗ πᾶν θαυμαζόμενον ἐν τῇ ὑπ’ (ν) οὐρανόν· Καὶ κύριος εἶ πάντων, ϗ οὐκ ἔστιν ὃς ἀντιτάξεταί σοι τῷ κυρίῳ. Σὺ πάντα (ξ) γινώσκεις· σὺ οἶδας κύριε, ὅτι οὐκ ἐν ὕβρει, οὐδὲ ἐν ὑπερηφανείᾳ, οὐδὲ ἐν φιλοδοξίᾳ ἐποίησα τοῦτο, τὸ μὴ προσκυνεῖν τὸν ὑπερήφανον Ἀμάν. Ὅτι ηὐδόκουν φιλεῖν πέλματα ποδῶν αὐτοῦ πρὸς σωτηρίαν Ἰσραήλ. (ο) Ἀλλ’ ἐποίησα τοῦτο, ἵνα μὴ θῶ δόξαν ἀνθρώπου ὑπεράνω δόξης (π) θεοῦ· ϗ οὐ προσκυνήσω (ρ) οὐδένα, πλὴν σοῦ τοῦ κυρίου μου, καὶ οὐ ποιήσω αὐτὰ ἐν ὑπερηφανείᾳ. (σ) Καὶ νῦν κύριε ὁ θεὸς ὁ βασιλεὺς ὁ θεὸς Ἀβραάμ, φεῖσαι τοῦ λαοῦ σου, ὅτι ἐπιβλέπουσιν ἡμῖν εἰς καταφθοράν, ϗ ἐπεθύμησαν (τ) ἀπολέσαι τὴν ἐξ ἀρχῆς κληρονομίαν σου. Μὴ ὑπερίδῃς τὴν μερίδα σου, ἣν σεαυτῷ ἐλυτρώσω ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Ἐπάκουσον τῆς δεήσεώς μου, ϗ ἱλάσθητι τῷ κλήρῳ σου, καὶ στρέψον τὸ πένθος ἡμῶν εἰς εὐωχίαν, ἵνα ζῶντες ὑμνῶμέν (υ) σου τὸ ὄνομα κύριε, καὶ μὴ ἀφανίσῃς (φ) στόμα αἰνούντων σε κύριε. Καὶ πᾶς Ἰσραὴλ ἐκέκραξεν ἐξ ἰσχύος αὐτῶν, ὅτι (∴) θάνατος αὐτῶν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῶν.

Et deprecatus eſt Dominum, memor omnium operum Domini, Et dixit; Domine Domine rex omnipotens, quia in poteſtate tua ſunt omnia, & non eſt qui diſſentiat à te, cùm tu volueris ſalvare Iſrael. Quoniam tu feciſti cælum & terram, et omne quod ſuſpicitur in ſubcæleſti: Et Dominus es omnium, et non eſt, qui reſiſtat tibi Domino. Tu omnia cognoſcis: tu nôſti Domine, quia non in contumelia, neque in ſuperbia, neque in cupiditate gloriæ feci hoc, ut non adorarem ſuperbum Aman: Quoniam benè affectus eram oſculari veſtigia pedum ejus ad ſalutem Iſrael. Sed feci hoc, ut non ponerem gloriam hominis ſuper gloriam Dei: et non adorabo quenquam præter te Dominum meum, et non faciam hæc in ſuperbia. Et nunc, Domine Deus rex Deus Abraam, parce populo tuo: quoniam intuentur nos ad perditionem, et concupierunt perdere eam quæ à principio, hæreditatem tuam. Ne deſpicias partem tuam, quam tibi redemiſti è terra Ægypti. Exaudi deprecationem meam, et propitiare ſorti tuæ, et verte luctum noſtrum in delectationem: ut viventes hymnis celebremus nomen tuum, Domine: et ne deleas os laudantium te Domine. Et omnis Iſrael vociferatus eſt ex fortitudine ſua; quoniam mors ſua in oculis ipſorum.

Planctus hic Eſther, ejuſque Oratio quæ ſequitur, in Vulgata Latina habentur cap. 14. per totum.

Καὶ Ἐσθὴρ ἡ βασίλισσα κατέφυγεν ἐπὶ τὸν κύριον ἐν ἀγῶνι θανάτου κατειλημμένη, Καὶ ἀφελομένη τὰ ἱμάτια τῆς δόξης αὐτῆς, ἐνεδύσατο ἱμάτια στενοχωρίας ϗ πένθους, ϗ ἀντὶ τῶν ὑπερηφάνων ἡδυσμάτων, σποδοῦ ϗ κοπριῶν (χ) ἐνέπλησε τὴν κεφαλὴν αὐτῆς· ϗ τὸ σῶμα αὐτῆς ἐταπείνωσε σφόδρα, (ψ) ϗ πάντα τόπον κόσμου ἀγαλλιάματος αὐτῆς ἔπλησε στρεπτῶν τριχῶν αὐτῆς. Καὶ (ω) ἐδεῖτο κυρίου θεοῦ Ἰσραήλ, καὶ εἶπεν, (α) Κύριέ μου βασιλεὺς ἡμῶν σὺ εἶ μόνος, βοήθησόν μοι τῇ μόνῃ, ϗ μὴ ἐχούσῃ βοηθὸν εἰ μὴ σέ, Ὅτι κίνδυνός μου (β) ἐν χειρί μου. Ἐγὼ (γ) ἤκουον ἐκ γενετῆς μου ἐν φυλῇ πατριᾶς μου, ὅτι σὺ κύριε ἔλαβες τὸν Ἰσραὴλ ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν, καὶ τοὺς πατέρας ἡμῶν ἐκ πάντων τῶν προγόνων αὐτῶν εἰς κληρονομίαν αἰώνιον, ϗ ἐποίησας αὐτοῖς (δ) ὅσα ἐλάλησας. Καὶ νῦν ἡμάρτομεν ἐνώπιόν σου, καὶ παρέδωκας ἡμᾶς εἰς χεῖρας τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν, Ἀνθ’ ὧν ἐδοξάσαμεν τοὺς θεοὺς αὐτῶν. δίκαιος εἶ κύριε. Καὶ νῦν οὐχ (ε) ἱκανώθησαν ἐν πικρασμῷ δουλείας ἡμῶν, (†) ἀλλ’ ἔθηκαν τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπὶ τὰς χεῖρας τῶν εἰδώλων αὐτῶν, Ἐξᾶραι ὁρισμὸν στόματός σου, ϗ ἀφανίσαι κληρονομίαν σου, (ζ) ϗ ἐμφράξαι στόμα αἰνούντων σοι, καὶ σβέσαι δόξαν οἴκου σου καὶ (η) θυσιαστηρίου σου,

Et Eſther regina confûgit ad Dominum in agóne mortis comprehenſa: Et auferens veſtimenta gloriæ ſuæ, induit veſtimenta anguſtiæ, et luctûs: et pro ſuperbis ſuavitatibus, cinere et fimo implevit caput ſuum: et corpus ſuum humiliavit valdè: et omnem locum (c) ornatûs exultationis ſuæ replevit laceratis capillis ſuis. Et deprecata eſt Dominum Deum Iſrael, et dixit; Domine mi, rex noſter, tu es ſolus: adjuva me ſolam, et non habentem adjutorem, niſi te: Quoniam periculum meum in manu mea. Ego audiebam à nativitate mea in tribu patriæ meæ, quia tu, Domine, aſſumpſiſti Iſrael ex omnibus gentibus, et patres noſtros ex omnibus majoribus eorum in hæreditatem æternam, et feciſti eis quæcunque locutus es. Et nunc peccavimus coram te: et tradidiſti nos in manus inimicorum noſtrorum, Eò quòd glorificavimus deos eorum. Juſtus es, Domine. Et nunc non ſatis habuerunt in amaritudine ſervitutis noſtræ: ſed (d) poſuerunt manus ſuas ſuper manus idolorum ſuorum, Ad tollendam determinationem oris tui, et delendam hæreditatem tuam, et obturandum os laudantium te, et extinguendam gloriam domûs tuæ, et altaris tui,

MS.A. (λ) Καὶ Μαρδοχαῖος ἐδεήθη (μ) Κύριε θεὲ κύριε βασιλεῦ (ν) οὐρανόν· Κύριος εἶ (ξ) γιγνώσκεις· (ο) Ἀλλὰ (π) θεοῦ μου· (ρ) οὐθένα, (σ) Καὶ νῦν κύριε βασιλεῦ ὁ θεὸς Ἀβραάμ, (τ) ἀπολέσαι (υ) τὸ ὄνομά σου κύριε, (φ) τὸ στόμα αἰνούντων σε. Καὶ πᾶς (∴) ὁ θάνατος (χ) ἔπλησεν (ψ) καὶ πάντα τόπον ἀγαλλιάματος αὐτῆς κόσμου ἐπλήρωσεν στρεπτῶν (ω) ἐδέετο (α) Κύριε ὁ θεός μου ὁ βασιλεὺς ἡμῶν (β) ἐν τῇ χειρί μου. (γ) ἤκουον κύριε τοῦ πατρός μου, ὅτι σὺ κύριε (δ) ὅσα ἐλάλησας αὐτοῖς. Ὅτι ἡμαρτήκαμεν ἐνώπιόν σου, (ε) ἱκανώθησαν τῷ πικρασμῷ (†) ἀλλὰ (ζ) καὶ * ἐνφράξη στόμα ὑμνούντων σοι, (η) θυσιαστήριον * σοι,

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܘܚܘܝ ܠܡܪܕܟܝ ܡܠܘ̈ܗ̇ ܕܐܣܬܝܪ. * ܘܐܡܪ ܡܪܕܟܝ ܐܡܪ ܠܗ̇ ܠܐܣܬܝܪ. ܠܐ 12 13
ܬܣܒܪܝܢ ܒܢܦܫܟܝ ܀ ܕܒܒܝܬ ܡܠܟܐ ܐܢܬܝ: ܡܫܬܘܙܒܐ ܐܢܬܝ ܡܢ ܟܠܗܘܢ
ܝܗܘܕܝ̈ܐ: * ܐܢ ܫܬܩܝܢ ܐܢܬܝ ܒܙܒܢܐ ܗܢܐ. ܪܘܚܐ ܘܦܘܪܩܢܐ ܗܘܐ ܠܝܗܘܕܝ̈ܐ ܡܢ 14
ܕܘܟܐ ܐܚܪܢܐ ܘܐܢܬܝ ܘܒܝܬ ܐܒܘܟܝ ܐܒܕܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܘܡܢܘ ܝܕܥ ܀ ܐܢ ܠܐ ܡܛܠ ܗܢܐ
ܙܒܢܐ ܐܬܩܪܝܬܝ ܘܐܬܝܬܝ ܠܡܠܟܘܬܐ. * ܘܐܡܪܬ ܐܣܬܝܪ ܐܡܪ ܠܡܪܕܟܝ. * ܙܠ 15 16
ܟܢܫ ܠܟܠܗܘܢ ܝܗܘܕܝ̈ܐ ܕܐܝܬ ܒܫܘܫܢ ܒܝܪܬܐ. ܘܨܘܡܘ ܥܠܝ. ܘܠܐ ܬܐܟܠܘܢ ܘܠܐ
ܬܫܬܘܢ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܠܠܝܐ ܘܐܝܡܡܐ. ܘܐܦ ܐܢܐ ܘܥܠܝܡܬܝ ܢܨܘܡ ܗܟܢܐ. ܗܝܕܝܢ
ܐܥܘܠ ܩܕܡ ܡܠܟܐ ܕܠܐ ܒܢܡܘܣܐ. ܘܐܢ ܐܒܕܬ ܐܒܕܬ. * ܘܐܙܠ ܡܪܕܟܝ 17
ܘܥܒܕ ܟܠܡܕܡ ܕܦܩܕܬ ܠܗ ܐܣܬܝܪ:

* ܩܦܠܐܘ * ܗ

* ܘܒܝܘܡܐ ܬܠܝܬܝܐ ܠܒܫܬ ܐܣܬܝܪ ܠܒܘܫܐ ܕܡܠܟܘܬܐ. ܘܩܡܬ ܒܕܪܬܐ ܓܘܝܬܐ 1
ܕܒܝܬ ܡܠܟܐ. ܠܘܩܒܠ ܒܝܬ ܡܠܟܐ. ܘܡܠܟܐ ܝܬܒ ܗܘܐ ܒܟܘܪܣܝܐ ܕܡܠܟܘܬܐ.
ܠܘܩܒܠ ܬܪܥܐ ܕܒܝܬܐ. * ܘܟܕ ܚܙܐ ܡܠܟܐ ܠܐܣܬܝܪ ܡܠܟܬܐ ܕܩܝܡܐ ܒܕܪܬܐ 2
ܫܟܚܬ ܚܣܕܐ ܩܕܡܘܗܝ. ܘܐܘܫܛ ܡܠܟܐ ܥܠ ܐܣܬܝܪ ܫܒܛܐ ܕܕܗܒܐ ܕܒܐܝܕܗ.
ܘܩܪܒܬ ܐܣܬܝܪ ܘܐܚܕܬ ܒܪܫܗ ܕܫܒܛܐ ܕܕܗܒܐ. * ܘܐܡܪ ܠܗ̇ ܡܠܟܐ ܡܢܐ 3
ܠܟܝ ܐܣܬܝܪ ܡܠܟܬܐ ܘܡܢܐ ܗܝ ܒܥܘܬܟܝ. ܥܕܡܐ ܠܦܠܓܗ̇ ܕܡܠܟܘܬܝ
ܬܬܝܗܒ ܠܟܝ. * ܘܐܡܪܬ ܐܣܬܝܪ. ܐܢ ܥܠ ܡܠܟܐ ܫܦܝܪ ܢܐܬܐ ܡܠܟܐ ܘܗܡܢ 4
ܠܡܫܬܝܐ ܕܥܒܕܬ ܠܗ. * ܘܐܡܪ ܡܠܟܐ ܥܓܠ ܚܙܘ ܠܗܡܢ. ܢܥܒܕ ܐܝܟ ܕܐܡܪܐ 5
ܐܣܬܝܪ. ܘܐܬܐ ܡܠܟܐ ܘܗܡܢ ܠܡܫܬܝܐ. * ܘܐܡܪ ܡܠܟܐ ܠܐܣܬܝܪ ܒܡܫܬܝܐ ܕܚܡܪܐ 6
ܡܢܐ ܫܐܠܬܟܝ ܬܬܝܗܒ ܠܟܝ. ܘܡܢܐ ܗܝ ܒܥܘܬܟܝ. ܥܕܡܐ ܠܦܠܓܗ̇ ܕܡܠܟܘܬܐ
ܬܬܝܗܒ ܠܟܝ. * ܘܥܢܬ ܐܣܬܝܪ ܘܐܡܪܬ ܫܐܠܬܝ ܘܒܥܘܬܝ. 7

12 * Et indicavit Mordecai verba Eſtheris. 13 Et dixit Mordecai; Dic Eſtheri; noli putare apud te, quia in domo es regis, evaſuram te præ reliquis Iudæis. 14 Si ſilueris hoc tempore, continget aliunde Judæis refrigerium & ſalus, te & domo patris tui pereunte. Quis autem novit, utrùm propter hoc tempus vocata es & adducta ad regnum? 15 Et dixit Eſther, 16 Dic Mordecai; Vade, congrega univerſos Judæos qui in caſtro Suſan. Et jejunate propter me, et non edant nec bibant tribus diebus, die noctúque: Ego etiam & ancillæ meæ item jejunabimus. Tunc ingrediar in conſpectum regis, quod non eſt ſecundùm legem, et cùm fecero fecero. 17 Et profectus Mordecai fecit univerſum illud quod mandaverat ipſi Eſther.

CAP. V.

1 ET die tertio induit Eſther veſtes regias, & ſtetit in atrio interiori domûs regis ex adverſo domûs regis: Rex autem ſedebat ſuper throno regio, ex adverſo portæ domûs. 2 Et cùm vidiſſet rex Eſther reginam ſtantem in atrio, adepta eſt gratiam in conſpectu ejus; Et extendit rex ad Eſther ſceptrum aureum quod manu tenebat. Et appropinquavit Eſther, & prehendit apicem ſceptri aurei. 3 Et dixit rex, Quid vis tibi Eſther regina? Et quæ petitio tua? Uſque ad dimidium regni, dabitur tibi. 4 Et dixit Eſther; Si videtur regi veniat rex & Haman ad convivium quod paravi ipſi. 5 Et dixit rex, Videte feſtinatò Hamanem; faciat ſecundùm quod dicit Eſther. Venítq; rex & Haman ad convivium. 6 Dixítq; rex ad Eſther cùm vinum bibiſſet; Quæ eſt petitio tua? dabitur tibi: Et quid eſt quod poſtulas? uſque ad dimidium regni dabitur tibi. 7 Et reſpondens Eſther dixit; Poſtulatum meum & petitio mea,

אסתר : ה

faciendum] ad & ,meam petitionem *dandum ad* ',*bonum* rege *ſuper* ſi & , regis oculis in gratiam inveni Si
8 אִם־מָצָאתִי חֵן בְּעֵינֵי הַמֶּלֶךְ וְאִם־עַל־הַמֶּלֶךְ טוֹב לָתֵת אֶת־שְׁאֵלָתִי וְלַעֲשׂוֹת
verbum juxta faciam cras & , eis faciam quod , convivium ad Haman & rex veniat ;meam poſtulationem
אֶת־בַּקָּשָׁתִי יָבוֹא הַמֶּלֶךְ וְהָמָן אֶל־הַמִּשְׁתֶּה אֲשֶׁר אֶעֱשֶׂה לָהֶם וּמָחָר אֶעֱשֶׂה כִּדְבַר
porta in Mordochai ipſum Haman *videre ſecundum* & : corde *bonus* & , lætus ipſa die in Haman eſt egreſſus Et .regis
9 הַמֶּלֶךְ׃ וַיֵּצֵא הָמָן בַּיּוֹם הַהוּא שָׂמֵחַ וְטוֹב לֵב וְכִרְאוֹת הָמָן אֶת־מָרְדֳּכַי בְּשַׁעַר
ſibi vim fecit Et .*excandeſcentia* Mordochai *ſuper* Haman eſt-repletus & , eo ab ſe moviſſet nec ,ſurrexiſſet non & ,regis
10 הַמֶּלֶךְ וְלֹא־קָם וְלֹא־זָע מִמֶּנּוּ וַיִּמָּלֵא הָמָן עַל־מָרְדֳּכַי חֵמָה׃ וַיִּתְאַפַּק
eis narravit Et .ſuam uxorem Zeres & , ſuos amicos fecit venire & , miſit & ; ſuam domum ad venit & ,Haman
11 הָמָן וַיָּבוֹא אֶל־בֵּיתוֹ וַיִּשְׁלַח וַיָּבֵא אֶת־אֹהֲבָיו וְאֶת־זֶרֶשׁ אִשְׁתּוֹ׃ וַיְסַפֵּר לָהֶם
, rex eum magnificaverat quibus omnia & , ſuorum filiorum multitudinem & ,*ſuæ opulentiæ* gloriam Haman
הָמָן אֶת־כְּבוֹד עָשְׁרוֹ וְרֹב בָּנָיו וְאֵת כָּל־אֲשֶׁר גִּדְּלוֹ הַמֶּלֶךְ
fecit venire non Inſuper : Haman Dixitque .regis ſervos & , principes ſuper eum elevâſſet quòd &
12 וְאֵת אֲשֶׁר נִשְּׂאוֹ עַל־הַשָּׂרִים וְעַבְדֵי הַמֶּלֶךְ׃ וַיֹּאמֶר הָמָן אַף לֹא־הֵבִיאָה
ego *craſtinum in* etiam & ; me niſi , fecit quod convivium ad rege cum regina Eſther
אֶסְתֵּר הַמַּלְכָּה עִם־הַמֶּלֶךְ אֶל־הַמִּשְׁתֶּה אֲשֶׁר־עָשָׂתָה כִּי אִם־אוֹתִי וְגַם־לְמָחָר אֲנִי
videns ego quo tempore toto *in* , mihi *æquale illud* non hoc totum Et .rege cum *ei* vocatus
13 קָרוּא־לָהּ עִם־הַמֶּלֶךְ׃ וְכָל־זֶה אֵינֶנּוּ שֹׁוֶה לִי בְּכָל־עֵת אֲשֶׁר אֲנִי רֹאֶה
Faciant : ejus amici omnes & , ejus uxor Zeres ei Dixitque .regis porta in ſedentem Jehudæum Mordochai
14 אֶת־מָרְדֳּכַי הַיְּהוּדִי יוֹשֵׁב בְּשַׁעַר הַמֶּלֶךְ׃ וַתֹּאמֶר לוֹ זֶרֶשׁ אִשְׁתּוֹ וְכָל־אֹהֲבָיו יַעֲשׂוּ־
ingredere & , illud ſuper Mordochai ſuſpendant *&* , regi dic manè *in* & , cubitorum quinquaginta altum lignum
עֵץ גָּבֹהַּ חֲמִשִּׁים אַמָּה וּבַבֹּקֶר אֱמֹר לַמֶּלֶךְ וְיִתְלוּ אֶת־מָרְדֳּכַי עָלָיו וּבֹא
.lignum *fecit* & ,Haman *facies ad* *verbum fuit bonum* & :lætus convivium ad rege cum
עִם־הַמֶּלֶךְ אֶל־הַמִּשְׁתֶּה שָׂמֵחַ וַיִּיטַב הַדָּבָר לִפְנֵי הָמָן וַיַּעַשׂ הָעֵץ׃

Verſio VULG. LAT.

Si inveni in conſpectu regis gratiam, & ſi regi placet 8
ut det mihi quod poſtulo, & meam impleat petitio-
nem : veniat rex & Aman ad convivium quod pa-
ravi eis, & cras aperiam regi voluntatem meam. E- 9
greſſus eſt itaque illo die Aman lætus & alacer. Cúm-
que vidiſſet Mardochæum ſedentem ante fores palatii,
& non ſolùm non aſſurrexiſſe ſibi, ſed nec motum qui-
dem de loco ſeſſionis ſuæ, indignatus eſt valdé : Et 10
diſſimulatâ irâ, reverſus in domum ſuam, convocavit
ad ſe amicos ſuos, & Zares uxorem ſuam : Et expoſuit 11
illis magnitudinem divitiarum ſuarum, filiorúmque tur-
bam, & quantâ eum gloriâ ſuper omnes principes &
ſervos ſuos rex elevâſſet. Et poſt hæc ait, Regina quo- 12
que Eſther nullum alium vocavit ad convivium cum
rege, præter me : apud quam etiam cras cum rege pran-
ſurus ſum. Et cùm hæc omnia habeam, nihil me habe- 13
re puto, quamdiu videro Mardochæum Judæum ſeden-
tem ante fores regias. Reſponderúntque ei, Zares uxor 14
ejus, & cæteri amici ; Jube parari excelſam trabem, ha-
bentem altitudinis quinquaginta cubitos, & dic manè
regi ut appendatur ſuper eam Mardochæus, & ſic ibis
cum rege lætus ad convivium. Placuit ei conſilium, &
juſſit excelſam parari crucem.

תרגום TARGUM.

8 אין אשכחית רחמין בעיני מלכא ואין על מלכא ישפר למתן ית שאלתי ולמעבד
ית בעותי יעול מלכא והמן למשתיא די אעבד להון ברמשא ולמחר אנא
9 עבדא כפתגם גזירת מלכא : ונפק המן מלות מלכא ביומא ההוא חדי ובדח
לבא וכד חזא המן ית מרדכי וית טפליא דעסיקין בפתגמי אוריתא בסנהדרין
דעבדת להון אסתר בתרע מלכא ומרדכי לא קם מן קדם אנדרטיה ולא רתת
מניה אלהן פשט ית רגליה ימיניה ואחוי ליה שטר זבנתא דאזדבן ליה בטולמא
דלחם דמכתבא באסטרקליליה כל קבל ארכובתיה מן יד תקיף רוגזיה ואתמלי
10 המן עלוי מרדכי רותחא : ואזדריז המן ועל לביתיה ושדר וקרא ית רחימוי וית
11 זרש רשיעתא אנתתיה ברת תתני פחת עבר נהרא : ואשתעי להון המן ית יקר
עתריה והיך אתמני עם דוכסי מלכא והיך רהטין קדמוי סגיאות בנוי דסכומהון
מאתן ותמניא בר מן עסרתי אוחרנין דאנון פולמרכין על פלכיא ובר מן שמשי
דהוא ספרנא דמלכא וית מה דירבי יתיה מלכא וית דזקפיה עלוי כל רברבנוי
12 ועבדוי דמלכא : ואמר המן ברם לא הנעלת אסתר מלכתא עם מלכא למשתיא
13 די עבדת אלהן יתי ואוף עדן מחר אנא מזומן לותה למסעוד עם מלכא : וכל
דא ליתיה טימי לותי בכל עדן די אנא חזי ית מרדכי יהודאה דיתב בסנהדרין עם
14 עולמיא בתרע פלטרין דמלכא : ואמרת ליה זרש אנתתיה וכל רחימוי אין
שפיר בעינך נימר קדמך מלתא חדא מה דנעבד ליה למרדכי יהודאה אם הוא
חד מן צדיקיא דאתבריאו בעלמא אין בחרבא נקטול יתיה כבר אתהפך חרבא
ותתרמי עלנא נהב יתיה לרגומא כבר רגם דוד גלית פלשתאה ואם בתרא
דנחשא נרמי יתיה כבר בזעיה מנשה ונפק מניה נזרוק יתיה לימא רבא כבר
בזעוניה בני ישראל ועברו בגויה נטמון יתיה לגו אתון נורא יקידתא כבר דעכוהי
חנניה מישאל ועזריה ונפקו מן גויה נתרמי יתיה לגוב אריותא כבר לא חבילו
אריותא בדניאל כד חי נתרמי יתיה קדם כלבין כבר אסתתם פום כלבין בארעא
דמצרים על בני ישראל למדברא נגלי יתיה כבר במדברא נפישו וסגיאו מה עוד
קטלא נקטול יתיה והידא מיתא תתעבד ליה נרמי יתיה לבית אסירי כבר מן בית
אסירי אמליכו ליוסף סכינא תתרמי על צואריה כבר הוה אתהפכת סכינא
מעלוי דיצחק עיניה נעור ונשבוק יתיה יקטל בנא כמה דקטל שמשון פורענותיה
דגברא הדין לא ידעינן מה נעבד אלא צליבא רבא אתעבד ליה ועל בבא
דביתיה דמיה ישתפך קומתיה תתרמי על צליבא ויחזון יתיה כל יהודאי וכל
חברוי ורחימוי שמיא וארעא כחדא ציתין על צליבא דאתקין המן למרדכי תוה
לצפרא ועל קדם מלכא ושאל מניה על צליבא הדין בשעתא ההיא לא שלח מנוי
ולא שכב המן בר המדתא עד דאזל ואיתי ית נגריא ית קינאי נגריא דעבדין
צליבא וקיצאי דמתקנין סכין דפרזל ובנוי דהמן דיצין וחדין וזרש אתתיה מנגנא
בכנרין עם המן רשיעא ואמר אגרא לנגרי אנא יהב ולקיצאי אנא מתקן שירותא
על צליבא הדין בשעתא קם המן רשיעא למנסיא צליבא בקומתיה נפקת בת
קל משמי מרומא ואמרת ליה יאי המן רשיעא ולך שפר בר המדתא ושפר פתגמא
קדם המן ועבד צליבא לגרמיה דהוה מן יומא דזמנת אסתר ית המן לשירותא
אתעקו בני ישראל ואמרין דין לדין הדין מסנינן בכל יומא ויומא דתבעי אסתר מן מלכא
דנקטליה והיא מזמנא ליה לשירותא בהא שעתא שפכו דבית יעקב כולהון לבהון
ואתרחיצו על אבוהון די בשמיא וכן אמרין קדמוי עני יתן עני כל מעיקיא היך דתלין
עיני עבדוי למריהון והיך עיני אמתא לרבונתהא כדין תלין עיננא עלך עד עדן
דתתגלי ותתפוק יתנא דהא סנאה ובעל דבבא מגדף ואמר מן אנון יהודאי בכן שמע
בקל צלותהון ועבד בעותהון ביה בליליא מטול די בכל זמנא דפרק יתהון מן
בעלי דבביהון בליליא פריק יתהון מפרעה ומסנחריב מן כל דקמו עליהון :

PARAPH. CHALD. Verſio Latina.

Si inveni gratiam in oculis regis , & ſi regi gratum eſt donare petitio- 8
nem meam , & facere poſtulationem meam , intret rex & Haman ad
convivium quod faciam eis *veſperi :* & in craſtinum factura ſum juxta
verbum ſententiæ regis. Et exivit Haman à rege die illa lætus & ex- 9
ultans corde: & quando vidit Haman Mardechai *& pueros operam dan-
tes verbis legis in Sanhedrin, quod fecerat eis Ezzther* in porta regis,
& Mardechai non ſurrexit *coram ſtatua illius, neque* tremuit ab eo ; *ſed
extenſo crure dextero oſtendit ei ſyngrapham emptionis, qua venditus fu-
erat illi fruſto panis , inſcriptam laminæ , quæ illi erat è regione genu :
ſtatim efferbuit ira ejus , &* repletus eſt Haman contra Mardechai indi-
gnatione. Et feſtinavit Haman , & introivit in domum ſuam, & miſit 10
& vocavit neceſſarios ſuos, & Zeres *impiam* uxorem ſuam, *filiam Tat-
nai ducis transfluvialis :* Et narravit illis Haman gloriam divitiarum 11
ſuarum, *& quomodo præfectus eſſet ducibus regis, & quomodo præcurre-
rent ipſi multitudo filiorum ſuorum, numero ducenti & octo, præter de-
cem alios ſummam belli moderantes per provincias, præterque Samma-
ſæum qui regi ab epiſtolis* ; & quòd magnificaverat eum rex, & ſublima-
verat eum ſuper omnes magnates & ſervos regis. Et dixit Haman : 12
Atque etiam non introduxit Ezzther regina *cum rege* ad convivium
quod fecit, niſi me , & etiam in tempus craſtinum ego invitatus ſum ab
ea ad prandendum cum rege. Et omne hoc non æſtimatur apud me, to- 13
to tempore quo ego videro Mardechai Jehudæum ſedentem *in Sanhe-
drin cum juvenibus* in porta palatiorum regis. Et dixit illi Zeres uxor 14
ejus & omnes neceſſarii ejus : *Si placuerit tibi , loquemur te præſente
verbum unum, quid facturi ſimus iſti Mardechai Jehudæo; ſi ſit unus ex
juſtis qui producti fuerunt in mundo, & gladio eum tollere voluerimus, en
revertetur gladius & jactabitur in nos : demus eum lapidandum; dudum
lapidibus interemit David Goliath Peliſthæum : & ſi in catenam æream
conjiciamus eum; jam diſrupit eam Menaſſe, & evaſit ex ea: projiciamus
eum in mare magnum; olim penetrârunt illud filii Iſrael, & tranſierunt
per medium ejus : indamus eum in medium fornacis ignis ardentis; nuper
extinxerunt illum Chananiah, Miſael & Aſaria,* et *prodierunt ex eo:
injiciamus eum in foveam leonum; haud ita pridem non nocuerunt leones
Danieli : vel vivum objiciamus eum canibus ; jampridem obthuratum
eſt os canibus in terra Miſraim propter filios Iſrael : in deſertum rele-
gemus illum; olim in deſerto aucti ſunt, & in multitudinem evaſerunt :
quo adhuc ſupplicio perimemus eum , vel quo mortis genere afficiemus
eum ? conjiciamus eum in carcerem; jamdudum ex carcere ad regnum
evexerunt Joſephum : culter adigatur in jugulum illius; diu eſt quòd
averſus fuerit culter ab Iſaac : oculos ejus eruamus, & ſic miſſum fa-
ciamus eum : ſtragem faciet in nobis, quemadmodum fecit Simſon : ſup-
plicium viro huic neſcimus quod faciamus, niſi ut crux magna erigatur
ei, & ad oſtium ædium ipſius ſanguis ejus fundatur. Applicetur ſtatura
ejus cruci, & videant eum omnes Jehudæi & omnes amici & neceſſarii
ejus, cælo pariter ac terra attendentibus ad crucem quam paravit Ha-
man pro Mardechai. Anxiè itaque expectavit auroram & ingreſſus
ad regem petitionem inſtituit ei de cruce hac. Hoc tempore non depoſuit
veſtimenta ſua, neque decubuit Haman filius Hamdatha, donec abiens
adduxiſſet fabros ligni & metalli; illos ut facerent crucem, hos vero ut
pararent cultrum ferreum. Filii etiam Haman præ gaudio exultantes
lætitiam agebant, & Zeres uxor ejus canebat fidibus cum Haman impio;
dixit inſuper ille, mercedem fabrorum ligni ego ſolvam , & fabris me-
talli apparabo prandium ob crucem hanc. Eadem hora ſurgente Haman
impio ad probandam crucem ſtatura ſua , egreſſa eſt filia vocis de
cælo ſummo, ac dixit ei : Convenit, Haman impiè , teque decet , Fili
Hamdatha.* Et gratum fuit verbum ante Haman , et fecit *crucem ſibi-
metipſi. Ex quo enim die invitaverat Ezzther Haman ad convivium,
angebantur filii Iſrael ſic loquentes inter ſe; Nos expectamus quotidie ut
efflagitet Ezzther à rege quò occidatur, illa verò invitat eum ad convi-
vium. Hoc ipſo tempore effuderunt familia Jacobi univerſa animam ſu-
am, & fiduciam habuerunt in patre ſuo, qui eſt in cælis, hujuſmodi ver-
bis eum ut præſentem deprecantes : Exaudi nos , exaudi omnes affli-
ctos ; quemadmodum pendent oculi ſervorum à dominis ſuis, & ſicut ocu-
li ancillæ ad heram ſuam, ita ſuſpenſi ſunt oculi noſtri in te , quoad ap-
pareas & eruas nos : ecce enim hoſtis & inimicus convitiatur & dicit,
Quid iſti Jehudæi? Tunc audivit vocem orationis eorum, & effecit peti-
tionem illorum ea ipſa nocte : quotieſcunque enim eripuit eos ab inimicis
ſuis, nocte eripuit eos, à Pargho & Sanhherib, omnibuſq; qui inſurrexe-
runt in illos.*

Verſio GRÆCA LXX. Interp. Cum Tranſlatione LATINA.

Καὶ ἀνοῖξαι ϛόμα ἐθνῶν εἰς ἀρετὰς ματαίων, καὶ θαυμασθῆναι βασιλέα σάρκινον εἰς αἰῶνα. Μὴ παραδῷς κύριε τὸ σκῆπτρόν σου τοῖς μὴ οὖσι, (θ) καὶ μὴ καταγελασάτωσαν ἐν τῇ πτώσει ἡμῶν, ἀλλὰ ϛρέψον τὴν βουλὴν αὐτῶν ἐπ᾽ αὐτούς· τὸν δὲ ἀρξάμενον ἐφ᾽ ἡμᾶς, παραδειγμάτισον. Μνήσθητι κύριε, γνώσθητι ἐν καιρῷ θλίψεως ἡμῶν, καὶ ἐμὲ θάρσυνον βασιλεῦ τῶν θεῶν, καὶ πάσης ἀρχῆς ἐπικρατῶν. Δὸς λόγον εὔρυθμον εἰς τὸ ϛόμα μου ἐνώπιον τοῦ λέοντος, καὶ μετάθες τὴν καρδίαν αὐτοῦ εἰς μῖσος τοῦ πολεμοῦντος ἡμᾶς, εἰς συντέλειαν αὐτοῦ καὶ τῶν ὁμονοούντων αὐτῷ. Ἡμᾶς δὲ ῥῦσαι ἐν χειρί σου, καὶ βοήθησόν μοι τῇ μόνῃ, καὶ μὴ (ι) ἐχούσῃ εἰ μὴ σὲ κύριε. πάντων γνῶσιν ἔχεις, Καὶ οἶδας ὅτι ἐμίσησα δόξαν ἀνόμων, (κ) καὶ βδελύσσομαι κοίτην ἀπεριτμήτων, καὶ παντὸς ἀλλοτρίου. Σὺ οἶδας τὴν ἀνάγκην μου, ὅτι βδελύσσομαι τὸ σημεῖον τῆς ὑπερηφανείας μου, ὅ ἐστιν ἐπὶ τῆς (λ) κεφαλῆς μου ἐν ἡμέραις ὀπτασίας μου· βδελύσσομαι αὐτὸ ὡς ῥάκος καταμηνίων, καὶ οὐ φορῶ αὐτὸ ἐν ἡμέραις ἡσυχίας μου. Καὶ οὐκ ἔφαγεν ἡ δούλη σου τράπεζαν Ἀμὰν, καὶ οὐκ ἐδόξασα συμπόσιον βασιλέως, οὐδὲ ἔπιον οἶνον σπονδῶν. Καὶ οὐκ ηὐφράνθη ἡ δούλη σου ἀφ᾽ ἡμέρας μεταβολῆς μου μέχρι νῦν, πλὴν ἐπὶ σοὶ κύριε ὁ θεὸς Ἀβραάμ. Ὁ θεὸς ὁ ἰσχύων ἐπὶ πάντας, εἰσάκουσον (μ) φωνῆν ἀπηλπισμένων, καὶ ῥῦσαι ἡμᾶς ἐκ χειρὸς τῶν πονηρευομένων, καὶ ῥῦσαι με ἐκ τοῦ φόβου μου.

Et aperiendum os gentium ad virtutes vanorum, & admirationi habendum regem carneum in ſeculum. Ne tradas, Domine, ſceptrum tuum iis qui non ſunt: & non irrideant in ruina noſtra: ſed verte conſilium eorum ſuper eos: & in eum, qui cœpit ſuper nos, exempla ſtatue. Memento, Domine, oſtende te in tempore tribulationis noſtræ, & da mihi fiduciam, rex deorum, & omni principatui imperans. Da ſermonem benè compoſitum in os meum coram leone, et transfer cor illius in odium impugnantis nos, in conſummationem ejus, & conſentientium ei. Nos autem libera in manu tua, & adjuva me ſolam, & non habentem niſi te, Domine. Omnium ſcientiam habes, Et nôſti, quia odi gloriam iniquorum, & abominor cubile incircunciſorum, & omnis alieni, Tu nôſti neceſſitatem meam, quia abominor ſignum ſuperbiæ meæ, quod eſt ſuper caput meum in diebus oſtentationis meæ: abominor illud, ſicut pannum (e) menſtruorum: & non porto illud in diebus ſilentii mei. Et non comêdit ſerva tua menſam Aman: & non glorificavi convivium regis, neque bibi vinum libaminum: Et non eſt lætata ſerva tua à die tranſlationis meæ uſque nunc, niſi in te, Domine Deus Abraam: Deus fortis ſuper omnes, exaudi vocem deſperatorum, & erue nos de manu malignantium, & libera me à timore meo.

MS. A. (θ) καὶ μὴ γελασάτωσαν (ι) ἐχούσῃ βοηθὸν, εἰ μὴ (κ) καὶ βδελύσσομαι * τὸ σημεῖον (λ) κεφαλῆς ἐν ἡμέρᾳ (μ) φωνῆς

ΚΕΦ. ε´.

CAP. V.

Quæ ſequuntur de ingreſſu Eſther ad regem, atque exanimatione ejus vultu illius exterritæ, in Vulg. Lat. habentur cap. 15. ver. 4. uſque ad finem.

1 ΚΑὶ ἐγενήθη ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ ὡς ἐπαύσατο προσευχομένη, ἐξεδύσατο τὰ ἱμάτια τῆς θεραπείας, καὶ (α) περιεβάλλετο τὴν δόξαν αὐτῆς. Καὶ γενηθεῖσα ἐπιφανὴς, ἐπικαλεσαμένη τὸν πάντων ἐπόπτην θεὸν καὶ σωτῆρα, παρέλαβε (β) τὰς δύο ἅβρας, Καὶ τῇ μὲν μιᾷ (†) ἐπηρείδετο ὡς τρυφερευομένη, Ἡ δὲ ἑτέρα ἐπηκολούθει κουφίζουσα τὴν ἔνδυσιν αὐτῆς. Καὶ αὐτὴ ἐρυθριῶσα ἀκμῇ κάλλους αὐτῆς· καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῆς ἱλαρὸν, ὡς προσφιλές· ἡ δὲ καρδία αὐτῆς ἀπεστενωμένη ἀπὸ τοῦ φόβου. Καὶ εἰσελθοῦσα πάσας τὰς θύρας, (γ) κατέστη ἐνώπιον τοῦ βασιλέως. καὶ αὐτὸς ἐκάθητο ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς βασιλείας αὐτοῦ, (δ) καὶ πᾶσαν στολὴν τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ ἐνδεδύκει, ὅλος διὰ χρυσοῦ καὶ λίθων πολυτελῶν, καὶ ἦν φοβερὸς σφόδρα. Καὶ (ε) ἄρας τὸ πρόσωπον αὐτοῦ (ζ) πεπυρωμένον δόξῃ, ἐν ἀκμῇ θυμοῦ ἔβλεψεν. καὶ ἔπεσεν ἡ βασίλισσα, καὶ μετέβαλε τὸ χρῶμα αὐτῆς ἐν ἐκλύσει· καὶ (η) κατεπέκυψεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τῆς ἅβρας τῆς προπορευομένης. Καὶ μετέβαλεν ὁ θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ βασιλέως εἰς πραΰτητα, καὶ ἀγωνιάσας ἀνεπήδησεν ἀπὸ τοῦ (θ) θρόνου αὐτοῦ, καὶ ἀνέλαβεν αὐτὴν ἐπὶ τὰς ἀγκάλας αὐτοῦ μέχρις οὗ κατέστη· καὶ παρεκάλει αὐτὴν λόγοις εἰρηνικοῖς, καὶ εἶπεν αὐτῇ, Τί ἐστιν Ἐσθήρ; ἐγὼ ὁ ἀδελφός σου, θάρσει, Οὐ μὴ ἀποθάνῃς· ὅτι κοινὸν τὸ πρόσταγμα ἡμῶν ἐστιν, Πρόσελθε. 2 Καὶ ἄρας τὴν χρυσῆν ῥάβδον, ἐπέθηκεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτῆς, καὶ (ι) ἠσπάσατο αὐτὴν, καὶ εἶπε, Λάλησόν μοι. Καὶ εἶπεν αὐτῷ, Εἶδόν σε κύριε ὡς ἄγγελον θεοῦ, καὶ ἐταράχθη ἡ καρδία μου (κ) ἀπὸ φόβου τῆς δόξης σου, Ὅτι θαυμαστὸς εἶ κύριε, καὶ τὸ πρόσωπόν σου χαρίτων μεστόν. Ἐν δὲ τῷ διαλέγεσθαι αὐτὴν, ἔπεσεν ἀπὸ (λ) ἐκλύσεως. Καὶ ὁ βασιλεὺς ἐταράσσετο, καὶ πᾶσα ἡ θεραπεία αὐτοῦ παρεκάλει αὐτήν.

ET factum eſt in die tertia ut ceſſavit orans, exuit veſtimenta (a) ſervitutis, & circundata eſt gloriâ ſuâ: Et facta ſplendens, invocans omnium inſpectorem Deum & ſalvatorem, aſſumpſit duas famulas, Et uni quidem innitebatur, tanquàm deliciis diffluens, Altera autem ſubſequebatur allevans veſtem ejus. Et ipſa rubens vigore pulchritudinis ſuæ: & facies ejus hilaris, tanquàm jucunda: cor autem ejus arctatum præ timore. Et ingreſſa omnes januas ſtetit in conſpectu regis. Et ipſe ſedebat ſuper thronum regni ſui, & omnem ſtolam ſplendoris ſui induerat, totus in auro, & lapidibus pretioſis, & erat terribilis valdé. Et elevans faciem ſuam inflammatam gloriâ, in vigore furoris aſpexit. Et cecidit regina, & mutavit colorem ſuum in diſſolutione: & procubuit ſuper caput ancillæ præeuntis. Et immutavit Deus ſpiritum regis ad manſuetudinem: & factus in agonia proſiliit è throno ſuo, & aſſumpſit eam ſuper ulnas ſuas, donec reſtituta eſt. Et conſolabatur eam verbis pacificis, & dixit ei; Quid eſt Eſther? Ego frater tuus: Confide, Non morieris: quoniam commune præceptum noſtrum eſt: Accede. 2 Et elevans auream virgam impoſuit ſuper cervicem ejus, & amplexus eſt eam: & dixit, Loquere mihi. Et dixit ad eum; Vidi te, domine, tanquam angelum Dei, & turbatum eſt cor meum præ timore gloriæ tuæ: Quoniam mirabilis es, domine, & facies tua gratiarum plena. Dum autem ipſa loqueretur; cecidit præ diſſolutione. Et rex turbatus eſt: & omne famulitium ejus conſolabatur eam.

MS.A. περιεβάλετο (β) δύο ἅβρας, (†) ἐπερείδετο (γ) ἔστη (δ) καὶ τὴν στολὴν (ε) ἦρεν τὸ πρόσωπον (ζ) πεπυρωμένον ἐν ἀκμῇ θυμοῦ. καὶ ἔπεσεν (η) ἐπέκυψεν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τῆς ἅβρας τῆς προπορευομένης αὐτῆς. (θ) θρόνου, καὶ ἀνέλαβεν (ι) ἠσπάσατο τὴν Ἐσθὴρ, καὶ (κ) ἀπὸ τῆς δόξης σου, (λ) ἐκλύσεως αὐτῆς. Καὶ

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA.*

8 ܕܬܬܠ ܠܝ. ܫܦܝܪ ܩܕܡ ܡܠܟܐ. ܘܐܢ ܩܕܡܝܟ ܡܠܟܐ. ܪ̈ܚܡܐ ܐܫܟܚܬ ܐܢ *
ܠܗܘܢ ܕܐܥܒܕ ܠܡܫܬܝܐ ܘܗܡܢ ܡܠܟܐ ܢܐܬܐ . ܒܥܘܬܝ ܠܝ ܘܬܥܒܕ ܫܐܠܬܝ
9 ܠܒܗ. ܘܛܐܒ ܚܕܐ ܗܘ ܒܝܘܡܐ ܗܡܢ ܘܢܦܩ* .ܕܡܠܟܐ ܦܬܓܡܐ ܐܝܟ .ܡܚܪ
ܐܬܬܙܝܥ ܘܠܐ ܩܡ ܘܠܐ :ܕܡܠܟܐ ܒܬܪܥܐ ܕܝܬܒ ܠܡܪܕܟܝ ܗܡܢ ܚܙܝܗܝ ܘܟܕ
10 ܠܒܝܬܗ. ܘܐܙܠ ܗܡܢ ܘܐܬܬܥܝܪ* .ܡܪܕܟܝ ܥܠ ܚܡܬܐ ܗܡܢ ܐܬܡܠܝ .ܡܢܗ
11 ܗܡܢ ܠܗܘܢ ܘܐܫܬܥܝ* .ܐܢܬܬܗ ܘܠܙܪܫ .ܠܪ̈ܚܡܘܗܝ ܐܝܬܝ ܘܫܕܪ
.ܥܒ̈ܕܘܗܝ ܥܠ ܘܐܘܬܒܗ .ܡܠܟܐ ܐܪܝܡܗ ܘܐܝܟܢܐ .ܕܒ̈ܢܘܗܝ ܘܣܘܓܐܐ ܕܥܘܬܪܗ ܫܘܒܚܐ
12 ܥܡ ܐܣܬܝܪ ܐܥܠܬ ܘܠܐ .ܗܡܢ ܘܐܡܪ* .ܡܠܟܐ ܪ̈ܘܪܒܢܝ ܥܠ ܘܥܠ
13 ܟܠܗ ܘܗܕܐ* .ܡܠܟܐ ܥܡ ܠܗ ܩܪܬܢܝ ܡܚܪ ܘܐܦ .ܠܝ ܐܠܐ ܡܠܟܐ
ܕܡܠܟܐ ܒܬܪܥܐ ܕܝܬܒ ܝܗܘܕܝܐ ܠܡܪܕܟܝ ܐܢܐ ܕܚܙܐ ܥܕܢ ܒܟܠ ܠܝ ܫܘܐ ܠܐ
14 ܪ̈ܚܡܘܗܝ. ܘܟܠܗܘܢ ܐܢܬܬܗ ܙܪܫ ܠܗ ܘܐܡܪܬ* .ܡܢܗ ܙܐܥ ܕܠܐ .ܩܕܡܝ
ܘܢܨܠܒܘܢܝܗܝ .ܠܡܠܟܐ ܐܡܪ ܘܨܦܪܐ .ܐܡ̈ܝܢ ܚܡܫܝܢ ܕܪܘܡܗ ܩܝܣܐ ܢܥܒܕܘܢ
ܘܫܦܪ .ܐܢܬ ܚܕܐ ܟܕ ܡܠܟܐ ܥܡ ܠܡܫܬܝܐ ܘܥܘܠ .ܥܠܘܗܝ ܠܡܪܕܟܝ
.ܩܝܣܐ ܘܥܒܕ .ܕܗܡܢ ܒܥܝܢܘܗܝ ܡܠܬܐ

8 * Si adepta ſum miſericordiam in conſpectu tuo rex, & ſi videtur regi concedere quid poſtulo, & facere quod peto, *hoc eſt*, veniat rex & Haman ad convivium quod parabo ipſis cras, ſecundùm verbum regis. 9 Et egreſſus eſt Haman die illo lætus & hilaris corde: Et cùm videret Haman Mordecai ſedentem in porta regis, non aſſurrexiſſe nec commotum eſſe propter ipſum, repletus eſt indignatione adverſùs Mordecai. 10 Et moleſtè ferens Haman ad ædes ſuas diſceſſit: Et accerſivit amicos ſuos, & Zareſh uxorem ſuam, 11 Et expoſuit ipſis Haman gloriam opum ſuarum, & numerum filiorum ſuorum, & quomodo exaltâſſet ipſum rex, & ſupra omnes magnates & ſervos regis ſtatuiſſet. 12 Et dixit Haman, nec introduxit Eſther quenquam cum rege præter me: nam & cras me invitavit cum rege. 13 Sed totum hoc mihi non ſatisfacit, quotieſcunque video Mordecai Judæum qui ſedet in porta regis non commoveri a conſpectu meo. 14 Et dixit ipſi Zareſh uxor ejus & omnes amici, fiat patibulum quinquaginta cubitos altum, & manè dicito regi ut ſuſpendatur Mordecai in ipſo: Et ingredere ad convivium cum rege lætus. Et valdè placuit Hamani verbum: fecitque patibulum.

אסתר : ו

CAP. VI. ו

fuerunt & : dierum verborum monumentorū librum *afferendum ad* dixit & *: regis* ſomnus *ſe elongaverat* illa nocte In
1 בַּלַּיְלָה הַהוּא נָדְדָה שְׁנַת הַמֶּלֶךְ וַיֹּאמֶר לְהָבִיא אֶת־סֵפֶר הַזִּכְרֹנוֹת דִּבְרֵי הַיָּמִים וַיִּהְיוּ
regis eunuchis duobus, Teres & ,Bigthana *ſuper* Mordochai indicâſſet quòd ,ſcriptum eſt inventū Et *.regis facies ad* lecta
2 נִקְרָאִים לִפְנֵי הַמֶּלֶךְ׃ וַיִּמָּצֵא כָתוּב אֲשֶׁר הִגִּיד מָרְדֳּכַי עַל־בִּגְתָנָא וָתֶרֶשׁ שְׁנֵי סָרִיסֵי הַמֶּלֶךְ
magnificentiæ & honoris factum eſt Quid : rex Dixitque .Achaſueros regem in manum mittere quæſierunt qui ,liminis cuſtodibꝰ ex
3 מִשֹּׁמְרֵי הַסַּף אֲשֶׁר בִּקְשׁוּ לִשְׁלֹחַ יָד בַּמֶּלֶךְ אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ׃ וַיֹּאמֶר הַמֶּלֶךְ מַה־נַּעֲשָׂה יְקָר וּגְדוּלָּה
: rex Dixitque *.negotium* eo cum eſt factum Non : ejus *miniſtri* regis pueri dixerunt & ? hoc *ſuper* Mordochai ipſi
4 לְמָרְדֳּכַי עַל־זֶה וַיֹּאמְרוּ נַעֲרֵי הַמֶּלֶךְ מְשָׁרְתָיו לֹא־נַעֲשָׂה עִמּוֹ דָּבָר׃ וַיֹּאמֶר הַמֶּלֶךְ
ſuper Mordochai *ſuſpendendum ad* , regi *dicendum ad* ,exterius regis domus atrium in venerat Haman & ? atrio in Quis
מִי בֶחָצֵר וְהָמָן בָּא לַחֲצַר בֵּית־הַמֶּלֶךְ הַחִיצוֹנָה לֵאמֹר לַמֶּלֶךְ לִתְלוֹת אֶת־מָרְדֳּכַי עַל־
.Ingrediatur : rex dixit & ,atrio in *ſtans* Haman Ecce : eum ad regis pueri Dixeruntque .ei fecerat parari quod ,lignum
5 הָעֵץ אֲשֶׁר־הֵכִין לוֹ׃ וַיֹּאמְרוּ נַעֲרֵי הַמֶּלֶךְ אֵלָיו הִנֵּה הָמָן עֹמֵד בֶּחָצֵר וַיֹּאמֶר הַמֶּלֶךְ יָבוֹא׃
Haman dixitque *?ejus honore in volens* rex cujus viro *in* faciendum Quid : rex ei dixit & ;Haman eſt ingreſſus Et
6 וַיָּבוֹא הָמָן וַיֹּאמֶר לוֹ הַמֶּלֶךְ מַה־לַּעֲשׂוֹת בָּאִישׁ אֲשֶׁר הַמֶּלֶךְ חָפֵץ בִּיקָרוֹ וַיֹּאמֶר הָמָן
rex cujus Vir : regem ad Haman dixit Et *? me à uberiorem* honorem facere rex volet Cui :ſuo corde in
7 בְּלִבּוֹ לְמִי יַחְפֹּץ הַמֶּלֶךְ לַעֲשׂוֹת יְקָר יוֹתֵר מִמֶּנִּי׃ וַיֹּאמֶר הָמָן אֶל־הַמֶּלֶךְ אִישׁ אֲשֶׁר הַמֶּלֶךְ
quòd & : rex *eo ſuper equitavit* quo equum & , rex *ea in* ſe induit qua , *regni* veſtem Adducant ; *ejus honore in volens*
8 חָפֵץ בִּיקָרוֹ׃ יָבִיאוּ לְבוּשׁ מַלְכוּת אֲשֶׁר לָבַשׁ־בּוֹ הַמֶּלֶךְ וְסוּס אֲשֶׁר רָכַב עָלָיו הַמֶּלֶךְ וַאֲשֶׁר
.ejus capite in *regni* diadema detur
נִתַּן כֶּתֶר מַלְכוּת בְּרֹאשׁוֹ׃

Verſio VULG. LAT.

CAP. VI.

NOctem illam duxit rex inſomnem, juſſitque ſibi afferri hiſtorias & annales priorum temporum. Quæ cùm illo præſente legerentur, [1]
Ventum eſt ad illum locum ubi ſcriptum erat, quo modo nuntiâſſet Mardochæus inſidias Bagathan & Thares eunuchorum, regem Aſſuerum jugulare cupientium. [2]
Quod cùm audîſſet rex, ait; Quid pro hac fide honoris ac præmii Mardochæus conſecutus eſt? Dixerunt ei ſervi illius ac miniſtri; Nihil omnino mercedis accepit. [3]
Statímque rex; Quis eſt, inquit, in atrio? Aman quippe interius atrium domûs regiæ intraverat, ut ſuggereret regi, & juberet Mardochæum affigi patibulo, quod ei fuerat præparatum. [4]
Reſponderunt pueri, Aman ſtat in atrio. Dixítque rex, Ingrediatur. [5]
Cúmq; eſſet ingreſſus, ait illi; Quid debet fieri viro, quem rex honorare deſiderat? Cogitans autem in corde ſuo Aman, & reputans quòd nullum alium rex, niſi ſe, vellet honorare, [6]
Reſpondit; Homo, quem rex honorare cupit, [7]
Debet indui veſtibus regiis, & imponi ſuper equum, qui de ſella regis eſt, & accipere regium diadema ſuper caput ſuum, [8]

תרגום TARGUM.

ו

1 ביה בליליא ההוא נדת שינתא דמלכא ביה בליליא ההוא נפק פורקנא ליהודאי
ביה בליליא אדברת שרה לביתיה דאבימלך ביה בליליא אתקטלו כל בוכרי דמצראי
ביה בליליא ההוא אתגליין נביאן לנביאן וחלמין לחלמי חזוויא ביה בליליא ההוא
אתגריש עלמא כוליה מדינן וכל דיריהון אבלא רבא בכל כרכיא מספדא ויללא
בכל מדינתא עולמין אסירין בסקין סבין וסבן שקפין על לבהון וכולון צווחין במרר
ובקל רב מיללין ואמרין ווי דחזינן עקא על עקא ותבירא על תבירא ומתברנא קדמאה
לא אתסינן ומחתנא לא אתיהיבת אסו וממרונא אתנחמנא וכיבי לבנא לא עברו מננא
דקרית אבהתנא רטישא על ארעא ומקדשנא סגר סנאה ועזרתנא דשישו בעלי דבבנא
ופרעה ומצראי לא עצו עלנא כהדא עצתא ומלכי עממיא לא חשיבו עלנא
